6 *Si arbitri æſtimatores à partibus communiter electi committant alteri tertio, vel vnus eorum alteri vices ſuas, an valeat quod ille tertius commiſſarius, vel vnus ſolus cui commiſſum eſt ab alio declarauerit.*

7 *An valor bonorum quæ æſtimantur cõſiderandus ſit reſpectu temporis mortis defuncti cuius bona diuidũtur, vel æſtimatio eorum quam habent tempore diuiſionis.*

8 *Declaratur tex. in l. cum quæritur, C. de inoſſicio. teſta.*

9 *Inter cohæredes diuidentes hæreditatem, videtur facta venditio vel permutatio ſuæ partis, quam habebat in hæreditate, idcirco de euictione inuicem tenentur.*

10 *An filius qui aliquam rem recipit à patre vel matre, quæ venit conferenda, teneatur eam conferre, qualis nunc eſt tempore collationis, vel diuiſionis meliorata forte, vel deteriorata, vel precium quod habebat tempore, quo ſibi data eſt latiſſime diſceptatur, vbi nouiter declaratur tex. in l. ea demum C de collatio.*

11 *Declaratur tex. in l. 2. in princ. ff. de collatio. bono.*

12 *Declaratur tex. in l. plerumque, ff. de iure dot. & taxatur Antonius Gom. qui eum perperam intellexit.*

13 *Item declaratur latiſſime tex. in l. ea demum, C. de collatio. & ratio decidendi eius.*

14 *Dominium rerum dotalium, & datorum in donationem propter nuptias trãſit in filios: quibus dantur etiam ſi in poteſtate parentum ſint.*

15 *Augmentum vel diminutio, aut deterioratio rerum regulariter pertinet ad dominum ipſius rei.*

16 *Data aliqua re inſolutum à debitore vera venditio eſt, & periculum per emptionis, vel deteriorationis, vel augmentum ipſius rei pertinet ad creditorem.*

17 *Debitor ſpeciei, vel quotæ bonorum ſi eam ſoluat antè diem, quo debebat ſoluere de voluntate creditoris liberatur.*

18 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, quæ à principio non valuit confirmatur eius morte, & acquiſitio dominy ipſius rei donatæ, retrotrahitur, & fructus, & augmẽtum ipſius rei acquiruntur filio.*

19 *Bona à patre vel matre data filÿs in dotem, vel donationem propter nuptias, quæ ad collationem trahuntur talia qualia eran tempore, quo eas receperunt, & in illa æſtimatione conferenda ſunt, non eo tempore, quo conferuntur.*

20 *Illatio notabilis quæ ſupradictis infertur, quod non teneatur hodie conferre filius emancipatus, ea quæ ex laboribus ſuis, vel aliunde non à patre acquiſiuit, ſicut ea non tenetur conferre filius poteſtate.*

21 *Aeſtimatio rerum dotalium inter Socerum & generum facta non conſentiente filia quando præiudicet filiæ.*

22 *Declaratur tex. in l. 2. §. de illis, ff. de colla. bonorum nouiter, & ſubtiliter.*

23 *Declaratur tex. in authent. quod locum, C. de collatio.*

24 *Declaratur tex. in l. illud, C. de collatio.*

25 *Militia vel aliud officium ad hæredes tranſmiſſibile ſi comparetur a patre filio, qualiter conferatur precium eius, vel ipſa militia.*

26 *Bona hæreditaria ſi æſtimentur pluris quam valeat vel minoris, quod remedium habeant in hoc grauati*

27 *Poteſt vnus ex cohæredibus taxationem rei hæreditariæ factam ab æſtimatoribus maiori precio æſtimare, vel alium extraneum ſubmittere, qui hoc faciat.*

28 *Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petenda ſit.*

28 *Si vnus ex cohæredibus offerat decẽ pro re hæreditaria alius offerat duodecim, non tamen ſtatim ſoluenda, ſed in diem*

diem certum, quod admitti non debeat talis licitatio, vel oblatio maioris precij, ſed minoris, dum tamen præſentia offerantur.

30 *Quo tempore fieri debet oblatio maioris precij, quæ vulgo dicitur, puja, inter cohæredes in re diuidenda.*

31 *Si minor petat reſtitutionem aduerſus vnum capitulum partitionis, ex eo quod vna res ſibi adiudicata minus valeat quam taxata fuit ab æſtimatoribus, an propter hoc audiri, vel reſtitui debeat.*

32 *Declaratur tex. in l. etiam, §. ex cauſa, ff. de minor.*

33 *Si vnus ex cohæredibus multum grauatur in re ſibi adiudicata ab arbitris ſine ſorte, quia multo minoris valeat quam taxata eſt, an poterit contradicere, vel petere reformationem prædicti grauaminis.*

34 *Vnus ex cohæredibus non poteſt vnã partem terræ, quæ ad menſuram taxata eſt ſibi adiudicari petere, ex eo quod maius precium offerat pro illa parte ſi non omnes partes, vel menſuras illius agri velit habere eodem precio.*

35 *An creditoribus præiudicium faciãt taxationes, vel æſtimationes bonorum ab arbitris factæ.*

36 *Si vnus ex cohæredibus contradicat aliquam rem in hæreditate repertam, in inuentario poni, aut diuidi inter hæredes, ex eo quod dicat illam ſuam eſſe, an impediat diuiſionem eius, vel diſcreptionem in inuentario.*

37 *Si vnus ex cohæredibus aliquam rem hæreditariam ſubtraxit, vel corrupit, an debeat inſcribi in inuẽtario vel æſtimari, vt diuidatur.*

38 *Si teſtatur legauit, vel iuſsit in ſuo teſtamento, vt aliqua res venderetur in centum ipſi legatario, quæ ducenta valeret, quid ponendum ſit in inuentario ipſa res, vel precium iuſtum, vel id quod dari iuſsit pro ea.*

39 *An precium factum inter vxorem, & cohæredes ad diuidendum præiudicabit creditoribus.*

40 *An lectum vel cubiculum quotidianum ponetur in inuentario cum id lucretur coniux ſuperſtes, & an appreciabitur per æſtimatores.*

41 *Si mariti bona non ſufficiant ad ſolutionem æris alieni, quod debetur creditoribus, an vxor ſuperſtes lucrabitur lectum, vel cubiculum quotidianum, quod ex diſpoſitione legis habere debet.*

DE REBVS POSITIS IN inuentario, & alijs, quæ ad partitionem trahuntur.

CAPVT III.

1 VISO de inuentario, & eius effectu, quod principium, & caput eſt omnium diuiſionum, nunc videndum eſt de rebus in inuẽtario poſitis, & alijs quæ trahuntur ad diuiſionem, & primo quæritur. *Como ſe han de apreciar las coſas y bienes pueſtos en el inuentario.* Nã licet fundi communes inter cohæredes poſsint regionibus diuidi, tamen communiter peruenitur ad æſtimationem, & apprecium eorum & aliorum bonorũ, quia partes & regiones agrorum nõ ſunt ſemper æquales, nec eiuſdem valoris, licet menſura æquales ſint; & alia bona communia hæreditaria non poſſunt eſſe eiuſdem bonitatis, & valoris, vt ſingula ſingulis adiudicentur præterquam ea, quæ recipiunt functionem in genere ſuo, vt in his quæ pondere, menſura, numerouè conſiſtunt: ideò frequenter, imo ſemper in partitionibus peruenitur ad æſtimationem, & taxationem bonorum in inuentario deſcriptorum, vt habetur in l. hac edictali, §. 1. C. de ſecund. nupt. & in l. ad officium, C. communi diuidundo, & in §. quod ſi commode Inſtit. de offic. iudicis, & in l. Meuius, §. arbiter. ff. famil. herciſcun. & in l. ſi quis putans, §. ſi fundus, ff. commu. diuidun. *Y aſsi el comun eſtylo de las parti*

ciones

ciones,es,que ſe aprecian los bienes del inuentario por apreciadores pueſtos y nombrado por ambas partes, porque aunque de iure auia de nombrar los apreciadores el juez. Vt in d.l.ad ofic.C. communi diuidundo,vbi notant Doctores. *Pero porque en eſtos aprecios podrian hazer agrauio los apreciadores, el comun eſtylo ha recibido que no los nombre el juez, ſino las partes cada vno el ſuyo.* Quod etiã eſt de iure nouiſsimo,vt in dict. l. hac edictali,§.1. C.de ſecun. nupt. *Pero pongamos que eſtos dos apreciadores no ſe conformaſſen en el aprecio.porque el vno aprecia en mas los bienes,y otro en menos, y difieren en el aprecio de algunos dellos, en tal caſo el juez nombrara vn tercero para que vala lo que hiziere la mayor parte dellos.* Vt in l.item ſi vnus,§. principaliter,ff.de recept. arbit. eſt tamen notandum quod licet ille text.nõ probet,quod iudex eligat tertium, ſed quod compellat illos duos arbitros diſcordantes tertium eligere,qui adiũgatur eis,vt valeat quod maior pars ſtatuerit, tamen ſtylus communis, & practica hoc recepit,quod tertium nõ eligant arbitri,vel æſtimatores à partibus nominati, ſed iudex eum eligat, quod multas quæſtiones & dilationes derimit,quæ contingere poſſent propter diſſenſum duorum in eligendo tertium,vel propter dilationem, & moram eorum,qui contemplatione ipſarum partium, qui eos nominauerunt, vel ob aliàs cauſas rem ipſam longius protraherent,ideò ad hoc commodiſſime peruentum eſt,vt prætor ipſe tertium æſtimatorem, vel arbitrum eligat,& compellat eos ſententiam dicere,vel declarationes facere. *Pero pongamos que todos tres arbitros ò contadores,ò los dos nombrados por las partes,y el tercero nombrado por la juſticia no ſe con-*
3 *formaſſen ni los dos dellos.porque el vno aprecio en quinze,otro en diez, y otro en cinco,en tal caſo parece que ha de valer el parecer del que aprecio en cinco, porq̃ en eſta ſuma menor todos concordaron.*
4 Quia in maiori ſumma ineſt minor, vt ex text. expreſſus in l. diem proferre,§.ſi plures, ff.de recept.arbit.& in capit.1.de arbit.lib.6. quod ſi ita procederet,ſatis abſurdum, & contra rationem eſſe videtur, ideò in caſu præmiſſo crederem non habere locũ, nec ſeruandam eſſe deciſionem illius text.& ita tenet expreſſe Bald. in l. ſi decem, ff. locati, & Salicet. in l. hac edictali.§.his illud,C.de ſecun. nup. & Bald.in l.1.in 6.quæſt. C. ſi ſer. ex tex.Iaſ.in §. ſequens inſtit. de actio.
5 num.23.*Todos los quales tienen expreſſamente,que la deciſion de aquel tex.* in dict.§.ſi plures, *ſolamente procede y puede auer lugar,y platicarſe en los arbitros recebidos por compromiſſo.pero no en los aprecıadores y arbitros elegidos para apreciar alguna coſa,por lo qual en eſte caſo ſe ha de tener y vſar del remedio que pone Saliceto* in dict.l.hac edictali, §.his illud,C.de ſecund.nup. *que el juez en eſte caſo quando todos tres eſtan diſcordes,y no conformã los dos,los apremiara y compelera à todos tres à que ſe conformẽ por priſion,ò por los otros remedios del derecho,juntando todas tres ſummas y aprecio de cada vno dellos,y de todas juntas ſacara el tercio,y aquello valdra y ſe guardara por precio juſto* Quod non eſt ſine ratione,& probat tex.notabilis in l.ſũdum cum lege ſequen. ff.mand. quod etiam comprobatur ex doctrina Bart. quæ communis eſt in l.1.ff. ſi certum peta.quod in his diuiſionibus faciendis iudex id facere debet,quod commodius ſit,& fraude, & iniuria magis alienum,eius etenim arbitrio committitur quomodo diuiſio fieri debeat, quod ſumitur ex tex.in l.ad officium, C.comm.diuidun.& l.10.tit. 15. par. 6.ex eius etiam doctrina proceſsit ſtylus ſupradictus quod arbitri diſcordãtes in aprecijs,vel alijs,non eligant ipſi tertium, ſed iudex, quia hoc commodius eſt,& magis alienum à fraude non enim debet iudex ſequi arbitriũ eius,qui minorem ſummam declarauit in æſtimationibus faciendis, quia in ea omnes conueniunt,cum hoc nõ

careat

careat ſuſpitione fraudis, & ſit contra vtilitatem & voluntatem partium.

6 ¶ Secundo quæro. *Si los apreciadores, o los tres con el tercero nombrado por la juſticia, cometan al vno ſus vezes para que el lo taſſe ſolo, y aquel ſolo hizieſſe la taſſacion, ſi valdra lo q̃ el ſolo, o los dos àquiẽ cometio el tercero ſus vezes quãdo fue nõbrado tercero por la juſticia, ò fuerã nõbrados tres taſſadores o cõtadores de cõſentimiẽto de partes.* Et videtur quod valeat, quod ab illo, vel illis d̃claratũ fuerit, ſi vnus, vel duo eorũ cõmiſſerũt ie, vel duobus eorũ vices ſuas, vt habetur in c. cũ ab vno, de re iud. lib. 6. Reſpondeo. *Que lo cõtrario ſe deue tener eneſte caſo*, imo, *q̃ no valára lo q̃ el vno de los dos, o los dos de tres apreciadores hiziere, aũque el vno, o los dos le cometan ſus vezes, porque aquello procede en los juezes que tienen el poder y juridicion del ſuperior que ſe le da y delega, pero no en los arbitros que tienen el poder de las partes para que todos juntos declaren, y den ſus pareceres, y no lo puedan dar contra ſu voluntad y orden que las partes les dieron, porque las partes eligieron ſus perſonas e induſtria dellas para eſte negocio, y lo fiaron dellos por el credito y confiança que dellos tenian, y no pudierõ cometerlo al vno q̃ fue nõbrado por la otra parte, porque facilmente vendria à hazer lo que le ordenaſſe la parte que le nõbrò.* Hoc tenet expreſſe Alber. licet nõ tã clare rationem huius aſsignet, in l. itẽ ſi vnus, §. item ſi plures, numer. 9. verſic. item quæro pulchrã quęſtionẽ, ff. de recep. arbitr. vbi aſſerit ita ſe obtinuiſſe.

7 ¶ Tertiò quæro. *Si ſe ha de mirar y hazer el aprecio de los bienes del inuentario, y tener cõſideraciõ al valor q̃ teniã al tiẽpo q̃ murio el padre o madre de cuya herẽcia ſe trata, o al tiẽpo q̃ ſe haze la particiõ, y parece q ſe ha de tener cõſideraciõ al valor q̃ tenian los dichos bienes al tiẽpo q̃ murio el defunto, y no à lo q̃ agora valen.* Et ita videtur diffinire textus expreſſus in l. cum quæritur, C. de in

8 officio. teſtam. & in l. in quantitate, ff. ad legem falcid. vbi notat Doctores, & in auth. nouiſsima, C. de inoffi. teſta. *Pero eneſte caſo ſe deue tener lo cõtrario.* Imo, *q̃ la taſſaciõ ſe ha de hazer conforme al valor q̃ tienẽ los dichos bienes al tiẽpo que ſe haze la dicha taſſacion, y particion con la diſtincion que adelante ſe dira, porque los derechos arriba alegados hablan en otro caſo, y para otro efecto diferente del que ſe trata en la particion de bienes entre herederos, que es para efecto de excluyr la querella de inofficioſo teſtamento, y ver ſi les quedò à los hyos ſu legitima enteramente, que ſu padre les era obligado a dexar de ſus bienes al tiẽpo que murio, que es la quarta debita*, Iuræ naturæ. *O la quarta falcidia, que era obligado a dexar à ſu heredero eſtraño quando hizo tantas mandas, y legados, q̃ le conſumio toda la herencia ſin que le quedaſſe la quarta falcidia, que era obligado à dexar al heredero, de los bienes q̃ dexò al tiempo que murio, y para eſte efeto diſponen los derechos arriba alegados, que ſe mire el valor que tenian los bienes del defunto al tiempo que murio, porque de aquellos ſera obligado à dexar la quarta parte, ò la legitima que oy manda la ley del Reyno, porque aunque deſpues valan mas, o valan menos, los dichos bienes y herencia, no crece ni deſminuye por eſſo la quarta falcidia, ni la lagitima de los hyos que entonces era la quarta parte de los bienes del padre o madre, y oy ſon las quatro partes de cinco de ſus bienes.* De iure regio. *Pero por hazerſe la particion entre los herederos, ſino ſe contiende entre los hijos y herederos con los legatarios, ſi les dexò ſu padre ſu legitima enteramente, o ſi hizo mas mandas, ò legados en ſu teſtamento de lo que cabia en el quinto, ſino para partirlos entre los herederos, no ſe ha de tener reſpecto al valor que tenian los bienes al tiempo de la muerte del teſtador, ſino al tiẽpo que ſe haze la particion, la differencia del vn caſo al otro, es euidẽte, porq̃ muchas vezes acaece que ſe haze la particiõ de los bienes del defunto dende à muchos años deſpues de ſu muerte, quando los bienes tiene mucho menos valor, y eſtan gaſtados y conſumidos, como comunmente ſuele ſer en los bienes muebles, y muchas vezes las rayzes eſtà tan*

mal tratadas, que valen la mitad menos quando ſe haze la particion y aprecios, que valian al tiempo de la muerte del teſtador defunto. Y por el contrario pueden valer agora mucho mas quando ſe haze la particion, como ſi quedaſſen muchos eſclauos, ganados pequeños, y huuieſſen crecido, no es juſto que los lleue vno de los herederos por lo que entonces valian quando murio el teſtador. Y por el contrario, ſi valieſſen agora menos, que los lleuaſſe por el valor que entonces tenian quando los dexò el defunto, maxime, *ſi dieſſen al vn heredero vna viña, o heredad, apreciada que valia ciento al tiempo de la muerte de ſu padre, que agora por el mal tratamiento que tiene no vale cinquenta y, à otro hermano dieſſen otra viña, o oliuar que no valia ciento quando murio ſu padre, porque era muy nueua, y no eſtaua criada, y agora vale trezientos, que ſeria grande agrauio.* Et licet hoc pateat euidenter ad oculum, ita vt non egeat aliquo iuris ſuffragio: tamen de iure fundatur ea ratione, nã certum eſt, quod in diuiſione quæ fit inter hæredes de bonis hæreditarijs contrahitur inter eos quædam permutatio, vel venditio

10 partis communis, quæ traditur cohæredi, cum ante diuiſionem inqualibet parte hæreditatis habeat partem pro indiuiſo, & propterea tanquam quilibet venditor tenetur cohæres de euictione, ſi alteri euincatur, vt in l. ſi familiæ, C. famil. herci. cum concordãt. ſi ergo hodie venditur, vel permutatur illa res, quæ diuiditur & appreciatur, tunc temporis debet æſtimari, verum eius precium, non quod ante habuit, vel habebit poſtea, quia illud nõ eſt conſiderabile, ſed precium quod habebat tempore venditionis, & contractus, vt habetur in l. 2. vbi notãt cõmuniter omnes Scribentes, C. de reſcinden. ven. & in l. precia rerum, ff. ad legem falcidiam, & ex text. magis expreſſus in l. in lege falcidia hoc eſſe ſeruandum in fine, ff. ad legem falcid. cuius hæc ſunt verba corpora, ſi qua ſunt in bonis defuncti, ſecundum rei veritatem æſtimanda erunt, hoc eſt ſecundum præſens precium, nec quicquam eorum formali precio æſtimandum eſſe ſciẽdum eſt. *Y anſi ſe concluye, que para efeto de ſaber ſi el padre o madre dexan à ſus hijos enteramente ſu legitima, y no ſe la conſuman y grauen con los legados, ò mandas quando huuiere duda ò contienda deſto, ò ſi caben en el quinto, ſe han de hazer los aprecios de la herencia por el valor que tenian quando murio el padre, ò la madre de cuya herencia ſe trata: pero para hazer la particion de los dichos bienes entre los herederos, ſe ha de tener reſpeto à hazerſe el aprecio por lo que valen al tiempo que ſe haze la particion,* quod veriſsimum puto.

¶ Quarto quæro, *Si el padre, ò madre dio à vnos de ſus hijos en dote ò donacion* propter nuptias, *vna heredad ò viña, ò otra rayz, ò algunos bienes muebles ſin aprecio, y al tiempo que ſe viene agora à hazer la particion, y la trae à collacion con los otros hermanos y herederos, eſtà menoſcabada, y vale mucho menos de lo que valia al tiempo que ſe la dio ſu padre, o pongamos que valieſſe mucho mas, porque ha ſubido en el precio, ò porque el hijo la ha mejorado y plantado, y piden los otros coherederos que la trayga como eſtà à particion, o el valor de lo que agora vale, y que eſto ſe ponga por aprecio. El hijo que la recibio dize, que no ha de traer à particion mas de lo que valia al tiempo que la recibio.* Quid iuris ſit quæritur in vtroque caſu? Reſpondeo. Quod hoc videtur de iure expeditum & clarum, nam ſi pater dedit prædicta bona æſtimata, tunc vera venditio eſt, & ſolum tenetur reddere precium, non autem bona quæ recepit in ſpecie, ſi vero æſtimata non fuerunt, tũc tenetur reddere dicta bona in eadem ſpecie, ſicut ea recepit, & precium fieri debet ſecundum æſtimationem, quam hodie habent, cum ad collationem trahuntur, vt in l. plerunque, ff. de iure dori, & expreſsius probatur dicta concluſio in l. ea demum, C. de collatio. cuius verba ſunt, ea demum ab emancipatis fratribus his, qui remanſerunt

in poteſtate conferri conſueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tẽpore, quo pater fati munus impleuit, ad idem tex.notabilis in l.2. in princip.
11 verſi.de illis quæ ſine culpa, ff.de collat.bon.& in proprijs terminis hoc tenet Pau.Caſtren.in l.illud, C. de collatio.quem refert,&ſequiturGreg.in l.3.tit.15.part. 6. idem tenet Anton, Gom.in l.29.de Toro,numer. 14. ſed mihi videtur ſalua eorum pace, quod hæc concluſio non ſit vera, tum quia iure non probatur, tum quod contra rationẽ ſit,& contra iuris ciuilis regulas,vt eſt infra dicendis apparebit. *Sino que el hijo ò hija ſeran obligados à traer à collacion y particion el precio, ò eſtimacion de los bienes que recibio al tiempo que ſe los dio ſu padre ò madre, aunque los aya recebido ſin aprecio, y no ſe eſtimẽ por el valor que tienen de preſente quando ſe haze la particion*. Rationibus ſequentibus, & quia iſte quæſtio frequens eſt & ſubtilis, & non bene explicata per Doctores, antiquos, nec modernos, ideò eam latiore tractatu, ac examine expedire neceſſe eſt, ad cuius intellectum præmittendum eſt, quod text.in d.leg.ea demum, C. de coll.& in l.plerunque,ff.de iure doti. quos allegat.Anton. Gom. non probant ſuam concluſionem, ad quam eos allegauit,nam tex.in d. l. plerunque loquitur de rebus datis in dotem
12 non æſtimatis à patre ipſi genero ſuo, nam cum dotem reddere debeat ſoluto matrimonio, & ipſa dos æſtimata non fuerit tali æſtimatione, quæ fecit emptionem ipſam dotem,quam recepit reddere debet in eadem ſpecie,& non precium eius, cum ipſas res non emerit,& precium earum non recepit ideò quia debitor eſt ſpecie ſolutione eius liberatur,vel interitu eius, ſi ſine culpa ſua perierit, vt in l.ſi ex legati cauſa,ff.de verbo.obli.cum ſimilibus, & in d.l.plerunque,& in hoc caſu loquitur ille tex.quia ad hoc dantur in dotem ſine æſtimatione, vt ipſæmet res reddantur ſoluto matrimonio ſicut fuerint. Nos vero loquimur de æſtimatione ipſius rei in dotem datæ, quæ nunc venit conferenda fratribus de cuius precio tractatur inter alias perſonas,nam illud quod factum eſt cum marito ſolum illi præiudicat, & patri mulieris, cum quo contraxit in æſtimatione rerum dotalium non filiæ ſi ipſa in his non conſenſit, in quo caſu non eſt eadem ratio, quæ eſt in genere & patri mulieris, inter quos de his precijs actum eſt, vel ſi non æſtimatæ datæ ſint,cum redditur dos ſolum tractatur de liberando marito à ſolutionedotis,vel ſpeciei,quam recepit,nam tradendo eam qualiſcunque ſit eo tempore, quo reddit liberatur, cum ſit debitor ſpeciei,vt in l.ſi ex legati cauſa, ff.de verbo oblig. & in l. pignus, C.de pignor. actio. & in lege quæ fortuitis eod. titul. vbi notat Doctores,& in l.ſi in aſia,§.fin.ff. depoſiti cum ſimilibus, quæ ratio ceſſat in filia quando trahitad collationẽ bona, quæ recepit in dotem,vt latius infra dicetur. Item minus probat dictam concluſionem textus in dicta lege ea demum,C.de collatio,ad quam eum allegauit Anton.Gom. quia illa lex loquitur in alio caſu,puta quando filius emancipatus admittitur ad hæreditatem paternam beneficio prætoris,tunc enim induxit prætor, vt conferret filio in poteſtate omnia bona profectitia,& aduentitia,& alia bona quæ haberet vndecunque quæſita, quæ patri olim acquirebantur, vt ſeruaretur æqualitas inter fratres,nam ſicut filius,qui erat in poteſtate tempore illius legis conditæ omnia acquirebat patri præter caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, vt in l.placet, ff.de acquirenda.hæredit.& in l.cum oportet in princip.C.de bonis, quæ liber. nec ipſe poterat aliquid retinere, voluit prætor quod ſicut filius ſuus acquiſiuit omnia quæ habuit patri, ſimiliter filius emancipatus, qui retinere poterat profectitia vel aduentitia, quæ non acquiſiuit patri,

tri,iam quod admiſsit eum ad hæreditatem paternam traheret ad collationem omnia bona quæ haberet vndecunque quæſita, quæ acquirerentur patri ſi emancipatus non eſſet, ſicut acquiſiuit filius in poteſtate ipſi patri, hoc ſumitur ex l. 1. in princip. & in §. 1. & in l. 2. §. de illis, ff. de collatio. bonor. vbi not. Doctores, & Bartol. in l. pater filium, ff. de collatio. bonor. omnes Scribentes in dict. l. ea demum, & in l. ſi emancipati, C. de collat. non tamen dicit ille textus, quod ſi pater dedit aliqua bona ſua filio emancipato traheret ad collationem, qualia eſſent tempore, quo pater moritur, & collatio eſſet facienda, ſed quod filius emancipatus conferre teneatur omnia bona ſua vndecunque quæſita præter caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia cum admitteretur ad hæreditatem patris ſub iſta vniuerſitate bonorum, quæ habebat emancipatus intelligebantur bona, quæ habet tempore mortis patris deductis debitis, quia bonorum appellatione intelliguntur bona, quæ quis habet deducto ære alieno præter conſumpta, & alienata per filium, vt declarat ibi text. & gloſ. & l. 2. §. de illis, ff. de collat. bonor. in verbo culpa, ecce ergo, quod textus ille in l. ea demum non loquitur de augmento, vel diminutione rei datæ à patre filio emancipato, quæ venit conferenda, ſed ſolum dicit quod conferat emancipatus filio in poteſtate omnia bona, quæ habet & acquiſiuit in vita patris deducto ære alieno, cum ergo ille textus loquatur in alio caſu differentem rationem habente non poteſt fundari in eo prædicta concluſio ad quã allegatur. *Lo ſegundo, porque aquel texto y ſu deciſion eſtà corregida por otros derechos mas nueuos, porque en quanto por el ſe eſtatuye que el hyo emancipado ha de traer à collation viniendo a heredar a ſu padre, todos los bienes aduenticios y profecticios que hiuiere auido de ſu padre o de ſu madre.* Vel vndecunque præter caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, *Eſtà corregido por la ley*, Cum oportet, C. de bonis quæ libe. vbi ſtatuitur quod filius in poteſtate non acquirit patri bona aduentitia præter vſumfructum eorum, qui acquiritur patri, ſed ſibi remanet proprietas, ſicut aliorum bonorum caſtrenſium, item in quantum ille text. in d. l. ea demum, & l. 1. ff. de colla. bonorum, ſtatuerunt quod filius emancipatus veniens ad hæreditatem patris conferret fratribus in poteſtate manentibus hæreditatem matris, vel alia bona aduentitia ſimiliter eſt correctus per legem, vt liberis, C. de colat. vbi ſtatuitur quod filij in poteſtate & emancipati venientes ad hæreditatem patris non conferant aduentitia, ſed ſolum profectitia, niſi quando venerint ad hæreditatem maternam, & agatur de ſucceſsione eius, à quo bona proceſſerunt, cum ergo, d. lex ea demum, & ratio eius ſit correcta, non bene trahitur ad propoſitũ, ad quod eam allegauit Anton. Gomez.

14 ¶Item deciſio & determinatio eiuſdem Anton. Gom. quod bona conferenda ſunt talia, qualia ſunt tempore mortis parentis, de cuius hæreditate agitur dura & contra rationem, & regulas iuris ciuilis eſſe videtur, nam certũ eſt, & à nemine dubitatur, quod dominium rerum dotalium, & donationis propter nuptias tranſeat in filios, & non re acquiritur patri, licet filij ſint in poteſtate patris, etiam de iure communi ante legem Tauri, quæ hoc expreſſe, & generaliter ſtatuit in omnibus liberis poſt traditionem factam ipſarum rerum, vt in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. herciſcun. & l. fin. in fine, ff. de colla. bon. & in l. 3. §. ſed vtrum in fin. ff. de minori. vbi not. DD. & Bart. in l. pater filiũ, ff. eod. tit. & in l. filiæ dotem, C. de collation. & ideò ad collationem dotis, & donationis propter nuptias tenentur filij, quia valuit à principio donatio, & dominium ad eos tranſiuit, ſi enim dominium non tranſiret in filium, non eſſet neceſ-

neceſſarium, quod illa bona traherent ad collationem, cum ſi remanerent in bonis patris per iudicium familiæ herciſcundæ poſſent diuidi, ſicut alia bona hæreditaria patris, vt in l.ſi donatione, C. de collation. vbi notat Doctores, & in l. 2. C. de inofficio.donati.cum ergo dominium earum rerum ſit penes filios ſecundum iuris regulas ad eos debet pertinere damnum, vel commodum deteriorationis vel augmenti, quia hęc omnia regulariter ſequuntur dominum, vt in l.quæ fortuitis, C.de pignorib. actio. vbi notat Doctores, & in l. pignus eodem titul.cuius verba ſunt pignus in bonis debitoris permanere, ideoque ipſi perire in dubium non venit, hoc idem probat tex.elegans in l.ſi id quod donatum ſit in princip.ff.de donatio.inter virum & vxorem, cuius verba ſunt, ſi id quod donatum ſit perierit, vel conſumptum ſit eius, qui dedit eſt detrimentum merito, quia manet eius res qui dedit, ſuamque rem perdidit, cum ergo res pereat periculo domini, & ad eum pertineant acceſsiones, & deteriorationes ipſius rei & filij habent à principio traditionis factæ à parentibus dominium earum rerum, quare non ſequetur eos periculum damnum, vel commodum, augmentum vel diminutio ipſarum rerum? quod patet euidentius per exẽplum ſequens: ponamus enim quod pater vel mater dedit filiæ in dotem, vel filio propter nuptias ad ſubſtinẽda onera matrimonij quaſdam oues, vel boues, ex quibus filius vel gener, vel ipſa filia ſoluto matrimonio multos fructus receperunt, & poſt multum temporis aliqua clade vel caſu, vel ſenectute, forte paulatim perierunt, mortuo patre vel matre nonne erit æquum? quod filius, vel filia conferat precium, vel æſtimationem earum, quod habebant tempore donationis, cum hi caſus ſequuntur dominum, certe abſurdum eſſet contrarium dicere, nam alias diceremus quod pater, & eius hæredes tenentur de his caſibus, & præſtare debere mortalitatem horum animalium & ſimile poſſet contingere in ſeruis, aut equis datis in dotem, vel donationem propter nuptias, & in rebus mobilibus, quæ vſu conſumuntur, ſi conſumptas vellet filius conferre, quas integras, & magni valoris recepit, & ex contrario eſſet iniquum, ſi pater dedit in dotem, vel donationem propter nuptias centum oues, vel boues, quæ poſt lõgum tempus multiplicatæ ſunt naturaliter fœtibus ipſarum, ſi vellent fratres, vt gregem integrum, ſicut nũc eſt augmentatum tempore mortis patris frater conferat, quod eſſet iniquum; cum pater & mater ad hoc dederit, vt dominium earum habeat, & fructibus earum fruatur, & filius induſtria ſua forte fructus eorum auxit nolens vendere, vel conſumere in vſus ſuos vt poteſt, ſed augmentare gregem, vt maior fiat, ex quo reſultaret ſibi magnum incommodum, & pro bono opere malum reciperet, & idem poſſet contingere, ſi ſeruos forte recepit in dotem, vel donationem propter nuptias, qui eſſent in infantili ætate, & tempore mortis patris eſſent adulti, vel maioris ætatis, qui plus quadruplo nunc valent, quam eo tempore quo recepit, & fratres petant, vt conferantur, & æſtimentur eo precio quo hodie ſunt cum conferuntur: ſimiliter eſſet iniquum ſi filio dediſſet in donationem propter nuptias agrum incultum, qui plantauit eum arboribus propter quod tempore mortis patris cum illa creuerint ager. ille multo pluris valeat, certè iniquum, & contra ius eſſet petere fratres eius, vt agrum illum cõferat, & æſtimetur quantum hodie valet, vt id conferatur. Tertio confirmatur ſupra dicta concluſio, quia quando aliqua res datur in ſolutum cum vera venditio ſit, & dominium tranſeat in accipientem ſine dubio liberatur debitor, & creditor, qui recepit eã, & ſuo periculo habet, & incrementum,

vel deterioratio eius ad eum pertinét, ſicut ad emptorem, vt in l. eleganter, ff. de pignor. actio. & in l. neceſſario, ff. de peri. & comm. rei venditæ, ſi ergo hoc ius eſt in re data in ſolutum à debitore creditori ſuo, quare non idem erit, quando pater dedit filio aliquas res in donationem propter nuptias eo animo, vel pacto tacito, vel expreſſo, vt habeat in partem legitimæ ſibi debitæ, & imputet, vel conferat tempore mortis patris? nec obſtat ſi dicatur, quod diuerſum eſt filio talia bona recipiente, quod in creditore, nam ſi creditor in centum recipiat aliquam rem in ſolutum à debitore ſuo, tacite, vel expreſſe fit æſtimatio ipſius rei, nam ſic expreſſe eſt emptio & venditio, & idem eſt tacite data re in ſolutum, nam ſi creditor eam recipiat pro debito tacite videtur æſtimata in toto debito; & ſic erit venditio quod non contingit in patre donante filio propter nuptias, vel dante dotem filiæ, quia eis non debetur precium: ad quod reſpondeo, quod nihilominus procedit ſupra dicta concluſio, quia non habet pater neceſſe rem æſtimatam tradere filio, cum non ſit debitor pecuniæ, vel quãtitatis. Sed debitor ſpeciei, vel quotæ hæreditatis in tempus mortis ſuæ, & eam nunc tradit filio etiam inæſtimatam, hoc pacto tacito vel expreſſo, vt intelligitur ſemper in tali donatione propter nuptias vel dote, vt ea imputetur in legitimam & conferatur, vt tenent communiter omnes Doctores in l. ſi donatione, & in authen. ex teſtamento, C. de collation. ideò ſolutione eius, quod debetur liberatur, nam debitor ſpeciei, vel quotæ bonorum ſoluta ſpecie, vel quota hæreditatis creditori ſuo liberatur, ſi ante tempus de conſenſu creditoris ſoluat, vt in l. poſt mortem, vbi notat Doctores, C. de fideicommiſſ. & in l. filius familias, §. diui,
17 vbi Bartol. & Paul. ff. delegat. 1. ſi ergo pater liberatur ſtatim, quod ipſas res tradidit filio ſuo, qui dominium earum acquiſiuit ſtatim cum traditio facta fuit, quare tenebitur pater de periculo, vel deterioratione, vel caſu ipſarum rerum, qui iam liberatus eſt ſolutione eius, quod debetur? vt in §. 1. inſtitut. quibus mod. tollit. obligatio cum concordan. Quartò pro hac parte facit textus notabilis in l. donationes, quas parentes in fin. & ibi gloſ. in verbo referatur, C. de donatio. inter virum & vxorem, vbi ſtatuitur quod ſi pater donauerit filio in poteſtate, cũ à principio non valeat donatio mortuo patre nõ facta reuocatione donationis cõfirmatur donatio, & retrotrahitur confirma
18 tio ad diẽ cõtractus, quaſi à principio valuiſſet, & ſic pertinebunt ad filium partus, & incrementa, & deteriorationes ipſius rei, vt notat ibi gloſſ. quam ſequuntur Bartol. Alberic. & Salicet. & communiter omnes Scribentes, ſi ergo in iſto caſu vbi donatio, non valuit confirmata donatione per mortem patris retrotrahitur effectus eius, quaſi à principio valeret, & ad filium qui donationem accepit pertinent partus, & acceſsiones, damna & deteriorationes eius, quare non idem erit quando à principio valuit donatio, & dominium eius tranſijt in filium, nam ſolum ratione dominij,
19 hæc omnia ad eum pertinere debent, vt ſupra diximus. *Y anſi ſe concluye*, rationibus ſupradictis, quibus congrue reſponderi non poteſt. *Que la eſtimacion de los bienes que el padre, ò madre dieron à ſus hijos en dote y caſamiento, ò donacion*, propter nuptias, *que ſe traen à particion; ſe han de eſtimar y apreciar por el precio y valor que tenian al tiempo que ſe los dieron, y no al valor que agora tienen, ora fueſſen eſtimados al tiempo que ſe los dieron, ora no lo fueſſen, y que el peligro y deterioracion dellos, ò augmento ſera del hijo deſpues que los recibio, y no*
20 *del padre, ò madre, ni de ſus herederos*, rationibus ſupradictis, ex quibus infertur, quod ſicut hodie aduentitia non conferuntur, ſed pater in eis ſolũ

habet

habet vſumfructum filius autem proprietatem, vt in l. cum oportet, C. de bonis quæ liber. ita hodie emancipatus non tenebitur conferre aduentitia quæ ipſe ex laboribus ſuis, vel cum pecunia ſua acquiſiuit, cum ceſſet ratio legis quæ induxit emancipatum conferre filijs poteſtate bona, quæ ipſe acquiſiuit, vt æqualitas ſeruetur inter eos, cum filius in poteſtate non conferat hodie aduentitia, & ſic ceſſat ratio legis 1. in princ. & per totã l. ff. de collatio. bonor. quæ ex æquitate prætoris prædictã collationẽ induxit, reſtat in hac parte reſpondere ad aliqua iura, & rationes, quæ videntur fundare opinionem contrariam, & primo non obſtat text. in l. plerumque, ff. de iure doti. in ſua diſtinctione, quam fecit ſi bona dotalia fuerunt æſtimata, vel inæſtimata; quia ille textus loquitur de contractu facto à ſocero cum genero ſuo, in quibus ſeruanda eſt illa diſtinctio, vt ſi æſtimata dos fuerit teneatur ſoluere æſtimationem, quia vera emptio, & venditio contractus ille eſt inter eos, ſi vero inæſtimata fuerit, & res datæ in dotem perierunt non tenebitur ad æſtimationem, quia debitor ſpeciei perempta ſpecie, ſine culpa ſua liberatur, vt in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbo. obli. nos vero loquimur quãdo ipſa filia non contraxit, quia contractus

21 factus inter ſocerum, & generum non obligat ipſam filiam, quæ non conſenſit actibus eorum, nã pacta inter alios facta non præiudicant, nec proſunt alijs, vt in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis, cuius hæc ſunt verba, ante omnia enim aduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia perſona in alia re, alij vè perſonæ noceat, ex qua lege infertur quod ſi filia non conſenſit contractui facto inter eius patrem & maritum quantum ad æſtimationem rerum dotalium, licet pater, & maritus conſenſerit ſoluto matrimonio poterit ipſa petere ab hæredibus viri ipſas res dotales in ſpecie, nec tenebitur recipere preciũ, vel æſtimationẽ à marito eius factã, quod cũ hoc moderamine intelligi debet quãdo dos incepit à promiſsione patris, qui certam ſpeciem, vel quantitatem pecuniæ in dotem promiſsit genero ſuo nomine dotis, tunc enim cum ſpecies, vel pecunia debetur, & ius quæſitum ſit filiæ ex illa promiſsione, vt in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtra. non potuit maritus eius ei præiudicium facere recipiendo res æſtimatas loco pecuniæ debitæ, vt in l. fin. §. fin. ff. de pactis, & l. id quod noſtrum eſt, ff. de regul. iuris, ſolum ergo ipſi marito præiudicium fiet ex tali permutatione, & emptione non vxori, quæ non conſenſit, ſi vero dos incepit à traditione, & pater dedit genero ſuo aliquas res æſtimatas, tunc filia non habebit actionem ad ipſas res æſtimatas ſoluto matrimonio, ſed ſolum ad æſtimationem, & preciũ earum, quia venditio vera fuit facta inter patrem, & maritum eius, nec vnquam ipſa filia actionem habuit ad aliud cum pater non promiſſerit ſpeciem, vel pecuniam dotis nomine daturum. Quod eſt valde notandum, quia eſt maximi effectus, ſed quia cõtra iſtam ſolutionem datam ad dictam legem plerumque, ff. de iure do. poſſet quis inſurgere dicens, quod bene reſponſum eſt ad vnum caſum quando æſtimatio facta eſt inter ſocerũ & generum, quod illa æſtimatio non præiudicat filiæ ſi ipſa non conſenſit tali æſtimationi, ſed ad aliũ caſum nõ reſpondetur, nec confert dicta ſolutio, nam ſi dos data eſſet in ſpecie, ſine æſtimatione non pertinet ad maritum damnum, vel commodum rerum dotalium, ſed ad vxorem, ergo non percũt periculo recipientis mariti, quibus reſpondeo, quod imo ille textus ſi bene inſpiciatur facit pro nobis, & pro concluſione noſtra ſuperius tradita, quod periculum & commodum rerum dotalium, vel donationis propter nuptias quas pater dedit filijs inæſtimatas nõ pertineat ad patrem, nec ad eius hæredes, ſed ad filium vel filiam, qui talia bona receperunt, nam textus ille in

in dicta lege plerumque, non dicit quod periculum, & commodum rerum dotalium, quando non æſtimatæ datæ ſunt pertineāt ad patrem, qui dotem dedit. vel eius hæredes, ſed ad filiam ad quam reuertitur dominium earum rerum, & ſic pereunt periculo domini ſecundum regulā iuris ſupra traditam, & ſic ſi bene conſideretur ille textus in dicta lege plsrumque facit pro nobis, & non cōtra. Nam licet ibi ſtatuatur quod maritus non teneatur ad precium quando dos ſine æſtimatione data eſt, non tamen negatur, nec eſt dubium, quod periculum mortalitatis, vel deteriotationis ad eum pertineat pro tempore quo duraturum eſt apud eum dominium conſtante matrimonio, nam re vera dominium, & vſumfructum quod habet admittit, ad vxorem vero ad quam (ſoluto matrimonio dominium reuertitur) perpetuo duraturum, vel ad eius hæredes pertinet periculum perpetuum mortalitatis, vel deteriorationis, & hoc voluit ille textus recte intelligendo, & ſic manet regula iuris intacta, quod caſus prædicti ſemper ſequuntur dominum rei (vt ſupra diximus) & ille textus in dicta lege plerumque, non contradicit, ex quo ſequitur quod periculum, & commodum contingens in ipſis rebus datis à patre in donationem propter nuptias, vel in dotem, ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ fuerint, ſemper pertinent ad filios quippe cum domini ſint earum rerum, non ad patrem, vel eius hæredes, non tamen ex eo ſequitur quod filius, vel filia non teneātur ea conferre, & liberentur conferēdo ea cōſumpta, vel detrita qualia fuerint tempore mortis patris, nec textus ille in dicta lege plerumque, hoc probat, cum de collatione non loquatur, nec aliquid diſponat, remanet ergo caſus in diſpoſitione iuris communis, quod periculum damnum, vel commodum, vel augmentum rerum pertineat ad dominum, & ſic pertinebit ad filios non ad patrem, nec eius hæredes cui conſequens eſt, quod ſi ipſe res filijs traditæ perierunt ſi ad hæreditatē parentum velint admitti precia ipſarum rerum conferre teneantur, hoc eſt quantum valebant tunc temporis cum dicta bona receperunt, cum commodum, vel detrimentum ſuperueniens ad ipſos filios (cum dominium habeāt earum rerum) pertineant, & non ad patrem, & ſic magis confirmata manet

22 concluſio noſtra ſupra relata.

¶ Minus obſtat textus in dicta lege ea demum, C. de collatio. quia loquitur de vniuerſitate bonorum, & eorum trāſlatione in cohæredes, de qua vniuerſitate deducitur æs alienum, & omnia bona conſumpta, vel alienata, vt ſupra diximus.

¶ Item, non obſtat textus in dicta lege 2. §. de illis, ff. de colla. bono. qui videtur contradicere ſupradictæ concluſioni, quam tenui, in eo quod dicit quod filius emancipatus, qui bona ſua conferre tenetur filijs in poteſtate, non tenetur conferre illa bona quę perierunt ſine culpa ſua poſt mortem patris, cuius verba ſunt de illis, quæ ſine culpa filij emancipati, poſt mortem patris perierunt quæritur, ad cuius detrimentum ea pertinere debeant, & plerique putant ea, quæ ſine dolo malo, & culpa perierunt ad collationem non pertinere, & hoc ex illis verbis intelligendum eſt quibus prætor viri boni arbitratu iubet bona conferri, vir autem bonus non ſit arbitraturus conferēdū, id quod nec habet, nec dolo, nec culpa deſijt habere, ex quibus verbis videtur ille textus dicere quod filius emācipatus nō teneatur conferre fratribus bona ſua quæ ſine dolo, & culpa ſua perierunt, & ſic ſufficit cōferre bona, quæ habet tempore mortis patris qualia fuerint, non conſumpta, vel perempta ſine culpa ſua, qui textus profecto prima facie videtur multum contradicere ſupradictæ concluſioni, & opinioni noſtræ, & in eo principaliter fundarunt opinionem contrariam Doctores, antiqui, & moderni, ſed re

vera

vera non contradicit noſtræ,nec fundat contrariam opinionem,nam ſi bene conſideretur textus ille loquitur de illis bonis,quæ filius emancipatus habebat tempore mortis patris,& poſt mortem eius perierunt, quod probat ibi poſt mortem patris perierunt, non autem loquitur de bonis, quæ perierunt in vita patris, in quibus magna eſt differentia, id circo ſignanter dicit tex.poſt mortem patris perierunt, quia de illis poterat eſſe dubium cum mortuo patre hæreditate eius filius delata, in quam ſe immiſcuit,vel immiſcere vult, vt partem habeat hæreditatis paternæ, iam eſt ius quæſitum fratribus in bonis emancipati, cum ea in medium conferre teneatur, & partem faciat fratribus eius, nec aliter admittatur ad hæreditatem paternam ſecundum illa tempora,quibus omnia bona ſua filius emancipatus conferre tenebatur præter caſtrenſia,vel quaſi caſtrenſia,vt in l.1.in principip.& in §.nec caſtrenſe, ff. de collatio.bono.& de illis bonis quæ poſt mortem patris perierunt loquitur illa l.in dicto,§.de illis, nam in his bonis quæ perierunt poſt mortem patris poterat dubitari an perirent periculo ipſius filij, cum iam videantur non ſua, ſed communia cum fratribus, & ipſe tanquam poſſeſſor, vel adminiſtrator rei alienæ,quæritur an teneatur de culpa,vel caſu eorum,quæ perierunt poſt mortem patris,& reſpondit Iuriſconſultus,quod non teneatur de his quæ perierunt ſine dolo & culpa ſua poſt mortē patris,ſicut eſt in quolibet poſſeſſore rei alienæ, quæ ſine culpa ſua perierit,vt in l.ſi ex legati cauſa, ff. de verbor.oblig.de his autem,quæ perierunt ante mortem patris nullum verbum dicit ille textus,quia de his non erat dubium,cum eſſent bona propria filij emancipati,nec fratres in eis vllū ius haberent, ideò ad emancipatum pertinet periculum, vel commodum, vel augmentum eorum indiſtincte, ſiue culpa ſua perierint,ſiue ſine culpa, ſolum enim tenetur conferre quæ nūc habet tempore mortis patris, cum in vniuerſitate bonorū,quæ conferre tenetur emancipatus non veniant debita,vel æs alienum,nec bona alienata, vel conſumpta,vt ſenſit gloſ.ibi in verbo,culpa, cum qua tranſeunt Bartol. & Alberic.ibi,& ſic periculum,& cōmodum pertinebit ad filium,cuius eſt dominium earum rerum,non ad fratres: ideò pro nobis facit,& non contra, ſecundo quia ille textus in dicto §.de illis non loquitur de bonis datis à patre filio emancipato,ſed ſolum de bonis filij emancipati ab eo acquiſitis,in quibus poterat non habere bona paterna in ſpecie ſibi data in donationem propter nuptias non æſtimata de quibus loquitur tractatus noſter in hac parte,nam diuerſa ratio erit in his vt reddere debeat æſtimationem eorum cum patris fuerunt, & filio data in ſolutum ſuæ portionis hæreditariæ, quæ eſt in alijs bonis,quæ filius aliunde quæſiuit,nec data ſunt à patre hoc pacto tacito vel expreſſo,vt conferantur,& imputentur,ei in legitima.

¶ Tertiò, quia ille textus in dicto §.de illis,loquitur de vniuerſitate bonorum, & eorum tranſlatione in cohæredes,de quibus deducitur æs alienum,& alienata,vel euicta, vel conſumpta,vt ſupra in ſolutione contrariæ legis ita demum diximus, C.de collatio.

23 ¶ Eſt & alius textus in authent. de æqua. do.§. illud quoque, coll.ſeptima ſumptus in auth.quod locum, C. de collatio. qui nimis ſtringit, & videtur contradicere ſupradictæ concluſioni,vbi probatur quod ſi dos detur à patre genero ſuo nomine filiæ, & maritus eam perdiderit ſine culpa filiæ,dummodo filia non fuerit negligens in ea recuperanda à marito ipſo ad inopiam vrgente ſecundum formam poſitā in illo text. quod mulier non teneatur conferre dotem,& nihilominus habebit hæreditatem patris, ſed vere textus ille non obſtat, nec cō-

tradicit dictæ concluſioni, loquitur enim in caſu quo pater dedit doté genero ſuo: qui eam perdidit ſine culpa filiæ merito filia non tenetur conferre, quod non recepit, nos loquimur in caſu, quo filius, vel filia dotem recepit, vel donationem propter nuptias & dominium earum rerum ad eos peruenit, & in his terminis procedit concluſio ſupradicta, ratio diuerſitatis hæc eſt, quod quando pater dedit dotem pro filia genero ſuo nihil illa recepit, nec poſtea ſoluto matrimonio ad eam peruenit, nec fuit in culpa recuperandi eam à marito ſuo, ideò ad collationem eius non tenetur quando maritus ſua culpa dotem perdidit, vel conſumpſit, & hic eſt caſus illius textus in dicta authen. quod locum de collatio. C. ſi vero pater donauit propter nuptias bona ſua inæſtimata filio ſuo, vel filiæ ſuæ in partem legitimæ ſuæ, vt ex eiſdem bonis alantur, & dotentur, & ipſa filia poſtea dedit in doté marito ſuo eadem bona inæſtimata, tunc proculdubio dicendũ eſt, non habere locum in hoc caſu dictam auth. quod locum, quia ceſſat ratio eius ſi dicta bona inæſtimata ſine culpa viri, morte naturali, vel alio caſu perierint, vel deteriorentur, nam textus ille loquitur quando culpa viri conſumpta ſunt, nam licet maritus liberetur, quia debitor fuit ſpeciei interitu, vel deterioratione, vt in l. plerumque de iure do. Tamen periculum mortalitatis, vel deteriorationis earum ad eum pertinet, qui dominium habet earum rerum, & ſic ad filios qui dotem, vel donationem propter nuptias receperũt, quia quod ſibi debitum erat recepe. runt à patre, & eo vſi ſunt ad voluntatem ſuam ſine facto patris, id circo ad collationem tenentur eorum bonorum quæ receperunt, & hic eſt caſus noſter in quo diximus teneri filium, vel filiam, ad collationem æſtimationis eorum bonorum, vt tantum conferant quantum valebant eo tempore, quo dicta bona receperunt à patre, in hoc enim caſu ceſſat ratio, & diſpoſitio illius textus in dicta authét. quod locum, quæ alio caſu loquitur euidenter, & ſic puto intelligendam, & limitandam eſſe ratione prædicta. Tertius caſus eſt quando pater dedit doté genero ſuo, pro filia inæſtimatam immobilius: & animalibus, quæ naturaliter perierũt, vel vſu cõſumpta ſunt, & hic eſt caſus magis dubitabilis, nã quoad generum expeditum eſt, quod non tenetur de illo caſu, vel detrimento, ſed ad vxorem pertinet, vt in allegata lege plerumque de iure dot. quoad collationem, tamen nihil ibi dicitur, credo tamen verum eſſe quod ſupra diximus, in hoc caſu quod filius, vel filia teneantur conferre precium & valorem dictorum bonorum, quæ inæſtimata tradita ſunt à patre rationibus ſupraſcriptis, & hac potiſsime quæ ſequitur, videlicet quod in dicta auth. quod locum, patri potuit imputari culpa quod tali genero dotem tradidit, qui eã perdidit ſine culpa filiæ, de ſe enim queri debet quod negligẽti homini res ſuas tradidit, argum. textus in l. Socius, ff. pro Soc. & in §. 1. inſtitut. eod. titul. & in §. præterea in ſtit. quibus mo. recontra. oblig. quare filia non tenetur ad collationem dotis ſi ſine culpa ſua non potuit à marito dos recuperari facto patris, in caſu vero legis plerumque, quando pater dedit genero dotem inæſtimatam immobilibus, vel animalibus, quæ naturaliter perierunt, nulla culpa patris deprehẽditur in hoc caſu, cum naturaliter, vel ſenectute perierunt, ideò iſti caſus ad dominum expectant non ad patrem, & eius hæredes, & ideò ad collationem æſtimationis tenebuntur filij, ad quos dominium earum rerum reuertitur, ſecundum regulam iuris ſupradictam, quod periculum damnum, vel augmentum rerum regulariter ad dominum pertinent, & dominium earum rerum ſequuntur.

¶ Supereſt reſpondere ad aliud difficile contrarium, quod quibuſdã forte

te inſolubile videbitur, in l. illud, C. de collatio. in princip. vbi habetur, quod ſi pater emerit filio militiam ſolum teneatur conferre fratribus precium eius quanti vendi potuit tempo
42 Omnia quæ pater, aut mater dedit filio ob aliquam cauſam in dubio cenſentur data, vt in legitima computentur, & ideo debent conferri, vel imputari, quia non eſt proprie donatio, ſed anticipatio ſolutionis legitimæ.

43 Si pater ſoluit pro filio aliquam condemnationem pro delicto, ab eo commiſſo, ſi immodica quantitate cenſetur ei donaſſe, & cauſa pietatis feciſſe, ideò conferre, id non tenebitur filius, ſecus vero ſi in magna quantitate fuerit, id quod ſoluerit.

44 Declaratur tex. in l. liber captus, C. de capti.

45 Declaratur, & diſtinguitur opinio Bartol. in l. Stichus, ff. de pecu. quæ alias abſolute ſumpta non eſt vera.

46 Pater ſi aliquid erogauit pro filio ad obtinendum beneficium eccleſiaſticum vel in lite, vel alio modo, an poſſit imputare in legitimam eius, vel filius illud teneatur conferre.

47 Declaratur, & limitatur opinio Bar. in l. 1. § nec caſtrenſe, ff. de colla. bono.

48 Pater ſi aliquid impendit pro filio ad conſequendam aliquam dignitatem, quæ commodum pecuniarum nõ habet, nec tranſmittitur ad hæredes, non tenetur filius conferre, nec imputare in legitima.

49 Pater ſi accepit aliquam rem in tributum, vel in emphiteoſim pro ſe, & vno ex filijs quem ipſe elegerit, vel pro ſe, & filio maiore, & tempore mortis multo plus valeat cum onere tributi an filius, qui eam habere debet ex pacto patris teneatur conferre fratribus æſtimationem, vel preciũ quod hodie plus valet.

50 Quod pater acquiſiuit filio, & iuſſit ei tradi poſt mortem ſuam non confertur.

51 . Relicta filio in teſtamento patris non
52 confertur quod fallit aliquando.

53 Si pater accepit aliquam rem in emphiteoſim pro ſe, & liberis ſuis, & hæredibus certa penſione ſoluenda in quolibet anno, ita quod non poſsit eam vendere, nec alienare, nec diuidere arbitri ad diuidendum dati adiudicare eam debent vni ex liberis, cum onere penſionis eo precio quod valet tempore diuiſionis.

54 Si pater dedit filiæ ſuæ in dotem pluſ quam ei competit de legitim. patris, ita quod ſit inofficioſa, an pater, vel alij fratres poſsint ſtatim petere, id quod inofficioſum eſt.

55 Pater ſi dotauit filiam, & excedit legitimam reſpectu præſentis temporis, non poteſt ipſe neque filij eius agere de inofficioſa dote in vita ſua, ſed expectare debent tempus mortis patris, vt inſpiciatur valor patrimonij tempore mortis patris.

56 Mortuo patre qui dotem inoffitioſam dedit filiæ ſuæ cæteri filij poterunt repetere dotem in eo quod excedit legitimam à marito etiam conſtante matrimonio.

57 Maritus ſi legauerit vxori vſumfructum bonorum ſuorum, vel alicuius fundi, an primo deduci debeant debita ipſius, vel teneantur heredes eius integrum vſumfructum illius fundi vxori præſtare.

58 Pater ſi legauit vxori vſumfructum omnium bonorum ſuorum, an tale legatum valeat in præiudicium filiorum.

59 Declaratur tex. in l. vxori meæ, ff. de vſufru. lega.

60 Legatum vſusfructus omnium bonorum vxori factum valebit etiam liberis extantibus, dummodo æſtimatio vſusfructus non excedat quintum bonorum, & ita debet intelligi contraria cõmunis opinio.

61 Declaratur tex. in authen. nouiſsima, C. de inofficio. teſta.

62 Declaratur l. 9. tit. 5 lib. 3. fori, quæ loquitur de legitima filiorum.

63 Legatum ſpeciei aliquando poteſt ſolui in pecunia ex iuſta cauſa.

64 Legatum vſusfructus poteſt ſolui in æſtimatione ex aliqua iuſta cauſa.

65 Æſtimatio vſusfructus legati quomodo fieri debeat.

66 Vſufructu legato vxori omnium bonorum, an redditus liciti pecuniæ creditæ per hæredes pertineat ad vxorem vel ad hæredes viri.

67 Si nomina debitorum pecuniæ collocata per hæredes poſt mortem mariti quando vſusfructus omnium bonorũ legatus eſt vxori deteriora facta ſint, an periculum pertineat ad hæredes, vel ad vxorem.

68 Vſufructu legato vxori omnium bonorũ, quæ in domo habebat, an veniat vſusfructus mercium quas maritus habebat ad vendendum.

69 Vſufructu omnium bonorum vxori legato, quomodo vti debeat vxor rebus mobilibus, vel ſemouentibus, & quid teneatur reddere hæredibus mariti extincto vſufructu vxoris.

70 Vſufructu omnium bonorum legato vxori, an intelligatur legatum factum de vſufructu formali qui nomen, & effectum iuris habet, vel de vſufructu cauſali, qui capitis diminutione non amittitur.

71 Verba teſtatoris ſecundum communẽ vſum loquendi intelligi debent non ſecundum iuris ſignificationem.

72 Effectus notabiles, cui ex prædicta concluſione ſequuntur, quod vſufructu omnium bonorum legato vxori non intelligatur legatus vſusfructus

ctus

ctus formalis, qui nomen & effe-ctum iuris habet, ſed vſusfructus cauſalis, qui cauſatur ex fructibus ſecundum communem vſum loquendi.

73 *Declaratur notabiliter, l. finalis, C. de vſufruct.*

74 *Vſufructu omnium bonorum mobilium vxori legato, an teneatur bona mobilia, quæ recepit reddere in eadem æſtimatione, & bonitate vel ſufficiat ea reddere detrita, vel conſumpta vſu quotidiano eorum.*

NVNC de ſecunda parte huius tractatus vidēdum eſt, videlicet de partitione bonorum cōmunium inter virum & vxorem liberos habentes, & primo admonendi ſumus quod omnia ſupradicta in prima parte, vbi de partitione bonorum communium inter virū & vxorem egimus hic repetita eſſe cenſeantur, vbi non eſt ratio diuerſitatis propter filios, nam licet particulari tractatu, ac diuiſione ea tradidimus gratia clarioris intellectus, & vt lectores facilius ea quæ velint dubia, ac quæſtiones inuenirent, non tamen negamus, quod multa ibi tradita aptari poſſunt ad hanc ſecundam partem, videlicet ad partitiones, quæ fiunt de bonis communibus inter virum & vxorem liberos habentes, & hæredes eorum, puta ea omnia, quæ de inuentario, & eius effectu, & de arbitris ad diuidendum datis, & de æſtimatione bonorum dicta ſunt, & alia multa, quæ ad vtramque partem tractatus noſtri pertinent, his itaque præmiſſis ad ſecundam partem tractatus noſtri perueniamus.

(?)

QVAESTIO I.

1 ET primo quæro. *Si el padre ò la madre tiene hijos legitimos, de que parte de ſus bienes puede diſponer, ò mandar à eſtraños?* Reſpondeo, *que ſi los hijos ſon ya nacidos, no puede el padre diſponer ni mandar à eſtraños mas del quinto de ſus bienes de que podia diſponer por ſu anima: pero ſino tenia hijos nacidos, ſino que le quedò algun poſthumo dexando ſu muger preñada, en tal caſo puede diſponer del quarto de ſus bienes entre eſtraños en perjuyzio del poſthumo que no era nacido, ni tenia derecho adquirido à los bienes de ſu padre,*
2 vt eſt text. notabilis, & expreſſus in l. 3. titul. 13. libr. 3. for. & ibi glo. Montaluus, & idem tenet Rodericus Xuarez in repetitio. l. quoniam, in prioribus, in lectura ſuper l. 9. titul. 5. libr. 3. fori, quam legit in dicta repet. l. quoniā in prioribus in 9. limitatione quod eſt valde notandū, & pauci aduertunt ad dictam. l. & eius deciſionem, & ſæpe occurrit in conſulendo, quam partē relinquere poterit maritus vxori ſuæ de bonis ſuis, quam prægnantem relinquit, & communiter dici ſolet, quod non pōteſt ei relinquere vel legare vltra quintam partem bonorum ſuorum, ſed veritas eſt, quod poteſt ei relinquere quartam, ſi nō habebat alios liberos legitimos per dictam legem.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæro, qua ex parte poſsit pater vel mater
3 meliorare filium, vel filiam ſuam in teſtamento, Reſpondeo, *que el podre puede mejorar à vno, ò à muchos de ſus hyos, ò hyas legitimas, en tercio y remanente del quinto de ſus bienes, conforme à la ley del fuero vſada y guardada,* quæ eſt lex 9. tit. 5. lib. 3. fo. *à lo qual no impedira la pregmatica del Reyno, hecha en las Cortes de Madrid el año de 34.* quę habetur in l. 1. ti. 2. lib. 5. Reco. *que diſpone, que la hija no pueda ſer mejo-*

rada en el tercio de los bienes de ſu padre tacita ni expreſſamente, porque aquello ſe entiende por contracto entre viuos, por via de caſamiento, pero no por teſtamento, y anſi ſe entiende la dicha pregmatica, ex verbis eius, *lo qual ſe ha de limitar, que ſi el padre ò la madre prometio, por via de caſamiento, de mejorar à ſu hija en el tercio de los bienes ſuyos, y deſpues en cumplimiento deſta promeſſa*, hoc expreſſo in teſtamento, *la mejoraſſe en el tercio en ſu teſtamẽto, no valdria eſta mejora hecha en el teſtamento, por ſer en fraude de la dicha pregmatica.* Quia cenſetur factum in conſequentiam prioris obligationis, argumen. tex. in l. 3. §. ſcio, & quæ ibi notant, gloſ. & Doctores, ff. de mino. Sed ſi pater prælegaſſet ei in ſuo teſtamento aliquam rem in ſpecie non dando eam in ſolutum dictæ meliorationis, quam promiſerat crederem quod valeat legatum, quia nulla lege prohibetur ſi non excedat quantitatem legitimam à iure taxatam, & idem crederem ſi totum tertium eidẽ filiæ: prælegaſſet in teſtamento adijciens, quod propter ſeruitia, vel merita hoc facit ſciens, quod non valuit promiſſio præcedens ex cauſa dotis ei facta maxime ſi maritus, cui facta eſt promiſſio eſſet mortuus, argumen. text. & quæ ibi notant Doctores in l. legata inutiliter, ff. de lega. 1. & l. ſi quando, in princip. cod. tit.

QVAESTIO. III.

4 TERTIO quæro. *Si el padre dio à ſus hijos en ſu vida todo lo que les pertenecia de ſu legitima en dotes y en donacion*, propter nuptias, *y deſpues mejorare al vno dellos, ò à otro que no auia recebido coſa alguna en el tercio y remanente del quinto de ſus bienes, ò le mejorare en alguna heredad que vale el tercio y quinto de ſus bienes, reſpeto de los bienes que tenia al tiempo que dio à los otros hijos las donaciones*, propter nuptias, *y dotes: pero reſpeto de los bienes que le quedaron dadas las dichas dotes y donaciones*, propter nuptias, *à los otros hijos, excede eſta mejora en mucha quantidad del tercio y quinto de los bienes que el padre tenia al tiempo que hizo eſta mejora*, quæritur, *ſi valdra eſta mejora en todo, ò en que parte valdra. Y para que mejor ſe entienda eſte caſo: porque es muy contingible*, exempli gratia, *pongamos que vn padre tenia quatro hijos, y ſu hazienda valia quatro mil ducados, que vale vn quento y quinientas mil marauedis, dio à cada vno dellos en dotes, y donaciones*, propter nuptias, *para ſus caſamientos cada dozientas mil marauedis, que montaron los ochocientos mil marauedis, quedoſe con las ſetecientas mil marauedis, que es el tercio y quinto de ſus bienes de todas las dichas vn quento y quinientas mil marauedis, porque el quinto dellas, que es lo que ſe ha de ſacar primero, monta trezientas mil marauedis, y el tercio quatrocientas mil marauedis, por manera, que los hijos fueron pagados enteramente de ſus legitimas, que les cabia entre quatro à dozientas mil marauedis, que ſon las ochocientas mil que el padre les dio para en quenta de ſus legitimas, en dotes y donaciones*, propter nuptias, *para ſus caſamientos. Agora el padre da à vno de ſus hijos todo lo que le quedaua, y mejoralo en ello en el tercio y quinto de ſus bienes. Los otros hermanos dizen, que la mejora de tercio y quinto ſolamente vale, y puede valer, de aquellos bienes que el padre tenia y le auian quedado, que ſon ſetecientas mil marauedis, al tiempo que murio, y hizo la dicha mejora en ſu teſtamento al vno de ſus quatro hijos*, ſecundum lege 3. & 29. de Toro, & l. 7. titul. 9. libro 5. Recop. *el mejorado pretende que pudo valer en todo, y que los otros hermanos no han de lleuar nada de aquellos bienes, porq̃ ya eſtauã pagados y entregados de ſus legitimas*, nũc videam' quid iuris ſit in hoc caſu, & quis eorũ habeat potiora iura, in qua ſpecie videtur,

detur, quod filius melioratus in tertio & quinto bonorum non poſsit habere vltra tertium & quintum bonorum, quæ pater habebat tempore mortis, quo factum eſt dictum prælegatum & melioratio, vt in l.23. de Toro. Secundo quia melioratus in tertio & quinto bonorum, non poteſt illud extrahere de dotibus, & donationibus propter nuptias factis alijs filijs, vt in l.25. de Toro, l.9. titul.6. lib.5. Recopillat. quæ hoc expreſſe ſtatuit. Tertio quia appellatione bonorum in quibus pater meliorauit filium non continētur bona, quæ dederat filijs in dotem, & donationibus propter nuptias, cum illa non ſint in bonis ſuis, ſed iam ſint aliena ta, & dominium eorum tranſierit in filios, vel generos ſuos, vt in l. fin. ff. de collat. do. & l.1. §. fin. eodem titul. vt ſupra late probauimus, in prima parte huius tractatus ex cōtrario videtur, quod dicta melioratio valuerit in totum, & ſic filius melioratus habere debeat illa bona, quæ pater poſsidebat tēpore mortis quo facta fuit dicta melioratio, primo quia pater bene potuit in vita ſua ſoluere debitam legitimam filijs ſuis in dotibus, vel donationibus propter nuptias ad alendū eos, & ſubſtinendum onera matrimonij, & illud conferre tenentur, & imputare in legitimam ſuam, vt in l. illud, C. de collatio. & in l.29. de Toro, quæ expreſſe hoc diſponit, potuit enim pater exonerare ſe à debito bonorum ſubſidio, quod debet filijs, & illud in vita ſoluere, vt in l. poſt mortem, & quæ ibi no. DD. C. de fideicommiſ. & in l. ſi filia, §. ſi pater, ff. famil. hercīſ. & in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. teſtamen. tradit Bar. in l.1. §. fin. ff. ſi quis à pa. manu. ſu. cum ergo integram legitimam eis ſoluerit, & hodie cum fecit prædictum meliorationem non habebat plus in bonis, quam antea: nullum grauamen recipere poſſunt cæteri filij quibus legitimam integram dederat pater, ſi poſtea in fauorem vnius eorum voluntatem, & poteſtatem ſuā extenderit meliorando eum in tertio & quinto, quod ſibi retinuerat ſolutis legitimis integris vnicuique filiorum, alioquin filij, qui legitimas ſuas integras receperunt petere poterunt aliam legitimam de bonis, quæ remanſerunt patri, & ſic habebunt alias legitimas vnuſquiſque eorum de eiſdem bonis, & pater priuabitur poteſtate ſibi data à lege diſponendi de bonis ſuis de tertio & quinto bonorum inter filios, cum poſſet de quinto inter extraneos, quod eſſet abſurdum, & contra intentionem legis, quæ permittit patri diſponere de bonis ſuis, dummodo filius non grauetur legitima ſua bonorum, quæ habuit tempore mortis, vt in l. cum quæritum, & in authen. nouiſsima. C. de inofficiſ. teſtamen. cum ergo filij habeant legitimam integram bonorum, quæ pater habuit tempore mortis, & plus de illis bonis, quæ habebat tempore, quo dedit eis prædictas dotes, & donationes propter nuptias, ſine dubio videtur quod non poſsint impugnare iudicium patris, cui liberum datur arbitrium diuidendi hæreditatem inter filios, dummodo non minus portione, quæ debetur eis relinquat, vt in l. parentibus arbitrium, C. de inofficiſ. teſtamen. & in l. quotiens, C. famil. hercīſc. in quo puto ſic diſtinguendum eſſe. *O el padre en ſu teſtamento, ò eſcriptura de mejora, dixo, que mejoraua à ſu hijo en el tercio y quinto de ſus bienes que tenia y poſſeya de preſente, ò de ſus bienes abſolute, ò indifinitamente, y en tal caſo eſta mejora no ſe eſtendera à mas de los bienes que de preſente tiene, ò tuuiere al tiē po, de ſu muerte,* non ex defectu poteſtatis, ſed voluntatis, *porque el miſmo ſe limitò, y no dixo mas en la mejora que hizo, ni ſe eſtendio à mas de los bienes q̃ tenia, y eſtos bienes no ſe entienden de lo q̃ tenia enagenado y dado en dotes y donaciones,* propter nuptias, ſalua ratione recti ſermonis, qui ſeruandus eſt, vt in l. pla-

l.plautius, ff.de aurò, & argen. leg. de
las quales dichas dotes y donaciones no ſe
puede ſacar la mejora de tercio y quinto
conforme à la dicha ley de Toro, aunque
deſpues la traygan los hijos à colaciõ y par
ticion: pero ſi el padre dixeſſe que mejora
al hijo en el tercio y quinto de ſus bienes,
que de preſente tiene, y en todo aquello q̃
puede mejorarle de derecho, por quanto el
tiene dadas à ſus hyos ſus legitimas en vi
da, y todo aq̃llo q̃ auiã de auer de ſus bie-
nes, y ſolamente ſe quedò cõ el quinto y ter
cio de ſus bienes para diſponer dellos como
el derecho le da facultad, ò le mejorò en al
guna coſa q̃ valia tanto como el tercio de
ſus bienes, ò como el tercio y quinto, que es
todo lo que tenia quando murio, en tal ca-
ſo, ſine dubio crederem, que pudo el pa-
5 dre mejorarle en todo el tercio y quinto
de todos los bienes, anſi de los que preſen-
te tiene, como de los que tenia al tiempo q̃
dio las dotes y donaciones propter nup-
tias, à los otros ſus hijos, y les dio entera-
mente ſus legitimas de todo lo que tenia,
que fue dozientas mil marauedis à cada
vno dellos, que montaron ochocientas mil
marauedis, que fue la legitima de todos
los hijos, porque ſolo le quedò y reſtò el ter
cio y quinto para diſponer dello el quinto
por ſu anima, o entre eſtraños, y el tercio
entre ſus hijos, por las razones arriba di-
chas, y porque no ha de ſer de peor condi-
cion el padre que dio en ſu vida à ſus hi-
jos ſus legitimas, que el que no las dio haſ
ta la muerte, maxime, que en las dotes y
donaciones, propter nuptias, ſe ſuele de
zir y poner en la eſcritura, que lo da pa-
ra en cuenta de ſu legitima del hijo, y aun
que no ſe diga, el derecho lo dize [illegible]o-
ne, porque es donacion, ob cau[illegible]
para eſte efeto, por lo qual ſe ha de [illegible]
à colacion y particion, como lo dize la ley
29. de Toro, quæ habetur l. 3. titul.
8. libr.5. Recopil. porque no es mere
donacion, ſino dado por eſta cauſa ta-
cita, ò expreſſa, ex quadam neceſsita-
te, para en cuenta y pago de ſu legiti-
ma, vt in l.ſi filia, §.ſi pater, ff.fam.her-
ciſc. Y lo ſegundo, porque teniendo los
otros hijos recibidas ſus legitimas entera-
mente de todos los bienes que ſu padre te
nia y tuuo haſta el dia de ſu muerte, no
pueden querellarſe de inoficioſo teſtamẽ-
to, vt in allegata lege cum quæritur,
C.de inoffi.teſta. aunque el padre dieſſe
todos los bienes que le quedaron, por via
de mejora, à vno de ſus hijos, pues lo pudo
hazer, lege permittente. Lo tercero, por
que por la miſma razon que auiendo el pa
dre en vida dado à vn eſtraño el quinto
de ſus bienes, no puede deſpues en la muer
te diſponer de otro quinto entre eſtraños
en perjuyzio de ſus hijos, vt in l. 28. de
Toro l. 12.tit.6.lib.5. Recop. por eſſa
miſma razon, à cõtrario ſenſu, auiẽdo da
do el padre à ſus hyos en ſu vida en dote
y donacion propter nuptias, lo que les per
tenecia, y auian de auer de ſus bienes en
ſu legitima, no ſera obligado en muerte à
darles otra legitima, ſino tiene mas bienes
adquiridos al tiempo de la muerte, porque
ſeria en perjuyzio de los otros hyos, ſi los
tuuieſſe, y no los ouieſſe dado nada, & hoc
puto veriſsimum, & idem expreſſe te-
net Tello.Fer.in l.25. Tauri, num.4. vſ
que in finem, & Ant.Go.in l.29. Tau-
ri, n.35. licet non ita diſtinguat, quod
puto intelligendum ſecundum diſtin
ctionem ſupra poſitam, & idem ſentit.
Roder.Xuar.in repet.l.6.tit.5.lib.3.fo
ri, quæ loquitur de legitima filiorum,
quam legit ſimul cum repetitione, l.
quoniam in prioribus in 6. quæſt.in
verbo 6. quęritur vtrũ hęc melioratio,
fol.97. licet aliquam tum dubitauerit
ſuper hoc tamẽ dubitatio eius non ca
dit ſuper quæſtione, & caſu noſtro, ſed
ſuper alio videlicet, an melioratio fa-
cta de tertio & quinto poſsit extrahi
de dotibus, & donationibus propter
nuptias factis alijs filijs, ſuper quo
ædita eſt poſtea, l.25. de Toro, quæ
habetur, l.9.titul.6.lib. 5. Recopilat.
quæ hoc prohibet, licet ipſe tenuerit
quod pater hoc poſsit facere ſi expreſ
ſe hoc diſpoſuit in ſuo teſtamento
quod hodie non procedit attenta
diſpoſitione dictæ legis 25. de To-
ro, quæſtio vero noſtra proce-
dit in alio caſu, videlicet quando
filius

filius melioratus in tertio & quinto non vult illud extrahere de dotibus, & donationibus propter nuptias factis, ſed vult vt imputentur filij in ſuam legitimam, id quod receperunt in dotibus, & donationibus ob cauſam factis, quod eſt diuerſum, ideo non obſtat ſupradictæ concluſioni dicta lex 25. de Toro, quæ loquitur in alio caſu, quod eſt menti tenẽdam, quia quotidie contingit, & male intelligitur in practica, quia pauci ad hoc aduertunt.

¶ Hoc tamen intelligendum eſt, & limitandum, vt procedat in caſu, quo loquitur videlicet in dotibus datis, vel donationibus propter nuptias quas fi-
6 lij tenentur conferre, non autem in donationibus ſimplicibus factis à patre, vel matre, quia iſtæ non conferuntur. Sed filius, cui talis donatio facta eſt, habet illud præcipuum tanquam ſi pater expreſſe eum melioraſſet in eo, vt in l. 26. de Toro, l. 10. titul. 6. lib. 5. Recopi. quæ hoc expreſſe diſponit, ſi ergo melioratio ei facta eſt de illa re, nõ habebit filius poſtea melioratus tertium & quintum totum, ſed reſiduum quod ſupereſt deducta prima donatione ſimplici, vt notãt Doctores moderni maxime Ciſuen. & Anton. Gom. & in l. 17. & in l. 29. in eiſdem legibus, itẽ dicta concluſio eſt intelligenda non ſolum, vt procedat in ſpecie, & caſu propoſito, ſed in alijs ſimilibus videlicet. *Si el padre ouieſſe dado à ſus hyas en dote todo lo que les pertenece de ſus legitimas, y à los hyos les ouieſſe dado alguna coſa mas de lo que les pertenecia de ſu legitima, porque la demaſia ſe entiende ſer mejorado en ello conforme à la ley 17. de Toro, porque aunque en las dotes eſte corregida por la prematica de las Cortes de Madrid del año de 34. pero en las donaciones* propter nuptias, *que ſe hazen à los hijos varones, no lo eſtà, en tal caſo podra el padre diſponer de todo el tercio y quinto de todos ſus bienes, juntando los dotes y donaciones,* propter nuptias, *y haziendolo todo vn cuerpo, no para ſacar la mejora que hiziere de las dotes y donaciones* propter nuptias, *ſino podra diſponer entre eſtraños de ſu quinto, ò por ſu anima y del tercio entre ſus hijos, pero tanto menos podra diſponer del tercio el padre quanto tuuiere dado de mas de ſus legitimas à ſus hijos varones, porque aquello ſe entiende ſer mejora hecha primero al otro hijo à quien hizo la donacion,* propter nuptias, *dandole mas de lo que le cabe de ſu legitima, y por el contrario, ſi huuieſſe dado à ſus hijos en dotes y donaciones* propter nuptias, *no todo lo que les pertenecia de los bienes del padre, porque no les dio ſu legitima enteramente de los bienes que entonces tenia, ò porque deſpues adquirio mas bienes, en tal caſo trayendo à colacion lo recebido, y ſupliendoles de los bienes que dexò el padre al tiempo de ſu muerte lo que les falta de ſus legitimas, haziendolo todo vn cuerpo, de todo ello podra el padre diſponer del quinto entre eſtraños, y del tercio, entre ſus hyos y deſcendientes, conforme à derecho, y no ſolamente de los bienes que tiene, y le auian quedado quando murio, como no ſe ſaque de las dotes y donaciones* propter nuptias, *como conſte de ſu voluntad que quiere mejorar en lo que puede à vno de ſus hijos, y no diga que mejora en el tercio y quinto de los bienes que tiene, porque entonces no valdra la mejora en mas del tercio y quinto de los bienes que poſſeya al tiempo de ſu muerte, y por eſta cuenta ſe han de juzgar, y determinar todos los caſos ſemejantes* (vt ſupra diximus) quod autem in dubio ſi pater hoc non expreſsit, *ſino que mejoraua à ſu hijo en el tercio de ſus bienes,* Reſpondeo, *que valdra la mejo-*
7 *ra de todos los bienes que tenia y auia dado,* inſpectamente legis fori, tit. 5. lib. 3. l. 9. *porque de otra manera no ſeria mejora de todo el tercio, ſi el mejorado no lleuaſſe el tercio mas que todas las legitimas.*

QVAESTIO. IIII.

QVINTO quæro. *Si el padre hizo alguna donacion ſimple à alguno de ſus hijos*

jos de alguna heredad, ò viña, ò otra coſa de ſus bienes que en tal caſo es viſto mejorarle en ello, ſiendo donacion ſimple conforme à la ley 26. de Toro, *ſi en eſte caſo ſera viſto mejorarle en el quinto, ò en el tercio de ſus bienes, ſi cabia la dicha donacion en el quinto.* Reſpondeo, *que ſe entiende de ſer hecha mejoria del tercio, y no del quinto,* fauore animæ, *porque el quinto ſe reſerua para cumplir el anima del teſtador*, ita tenet expreſſe Palac. Rub. in repeti. cap. per veſtras in §. 22. in 3. col. num. 13. fol. 96. quod eſt notabile, & maximi effectus, nã ſi intelligeretur melioratio facta de quinto filius melioratus teneretur de illa melioratione ſoluere, & implere omnia legata pia & gratuita, & impẽſam funeris, vt in l. 30. Taur. quod facere nõ tenetur de tertio bonorũ filius in eo melioratus, ſed in quantum Palac. Rub. tenuit aſſignando rationem huius concluſionis quod hoc procedit fauore animæ nihil aliud allegans crederem hoc nõ eſſem ſolum fauore animæ, ſed alijs rationibus, quia ſi ceſſaret fauor animæ puta ſi teſtator poſtea totum quintum legaſſet extraneo idem eſſet, ac ſi pro anima reliquiſſet, quia melioratio primo facta filio cenſetur facta de tertio bonorum, vel in partem tertij, ſi non omnem tertiam impleat, & nõ de quinto, ideo dicendum eſt rationem huius concluſionis eam eſſe quod teſtator, vel contrahens in dubio cenſetur dare, vel legare, id quod minus eſt, & grauare ſe, quam minus poteſt, & id egiſſe quod quiſque prudens, & diligẽs homo faceret, vt in l. & magis, ff. de ſolutio. & l. idem Iulianus, § ſcio, ff. de leg. 1. & l. nummis, ff. de leg. 3. ſed ſi pater donando aliquid filio cenſeretur de quinto id donaſſe præcluderet ſibi facultatem diſponendi, vel teſtandi libere de quinto quod facere poteſt pro anima, & pro extraneis, nam de tertio ſolum poteſt diſponere inter liberos, quia eſt pars legitimæ liberorum quod veriſimile non eſt id egiſſe, ideo de quinto non cenſetur melioratio facta, ſed de tertio, vt per eam non auferatur ei libera facultas teſtandi, quam habet de quinto propterea dubia diſpoſitio interpretatur, ſecundum id quod veriſimilius eſt teſtatorem, vel contrahẽtem ſenſiſſe, & quod rei gerendæ aptius eſt, vt in l. quotiẽs, idem ſermo, ff. de regu. iur. & l. cũ in teſtamento, ff. de reb. dub. & l. plenum, §. equitij, ff. de vſufru. lega. concludo igitur, quod licet nõ vertatur fauor animæ, quia teſtator non pro anima, nec in pijs cauſis poſtea diſponat, de quinto tamen ſemper intelligendũ eſt meliorationem quam primo fecit filio, de tertio eam feciſſe ſi nihil expreſsit, & non de quinto rationibus ſupradictis.

QVAESTIO. V.

QVINTO quæro. *Si el padre mejorò à vn hijo en el tercio, y à otro, ò à vn eſtraño, en*
9 *el quinto, qual ſe ſacara primero del monton, y cuerpo de bienes que dexò el padre el tercio o el quinto?* Quia eſt magni effectus, nã ſi primo deduceretur tertium de tota hæreditate eſſet maioris quantitatis, quã ſi deduceretur poſt quintũ, & eſt cõtrario quintũ eſſet minoris quantitatis ſi prius deduceretur tertiũ, vt euidenter apparet recte facta computatione? Reſpondeo hoc eſſe planũ, & vſu receptum, *que primero ſe ha de ſacar el quinto, y deſpues el tercio*, & ita ſeruatur, vt habetur in declarationibus ſtylli. l. 214. tenet Pala. Rub. in repet. cap. per veſtras, §. 22. idem Pala. & cæteri Scribentes in l. 29. & l. 30. de Toro, cuius ratio ea eſſe poteſt quam ſupra diximus in capit. præcedenti, & quod quintum eſt proprie hæreditas patris libera, & de ea poteſt diſponere ad libitum voluntatis, tam pro anima, quam pro extraneis, & ſi prius deduceretur tertium, & poſtea quintum grauaretur pater, quia non poſſet diſponere de toto quinto bonorum ſuorum, vt ei permittitur à lege, quia minus eſt in quinto ſi prius deduceretur tertiũ,

quod eſt contra voluntatem, & diſpoſitionem dictæ legis fori, titul. 5. l. 9. lib. 3. fori, id circo primo deducendũ eſt quintum integrum ne pater grauetur, poſtea vero tertium, quod eſt legitima omnium filiorum, quia pater nõ tenetur æqualiter relinquere filijs ſuis legitimam ſuam, ſed de quatuor partibus ex quinque quæ ſunt legitima filiorum, poteſt vnum ex eis meliorare in tertio: ideo primo deducitur quintum tanquam patrimonium liberũ patris. Secundo vero loco, de reſiduo deducto quinto quod eſt legitima filiorum, deducitur tertium ei, qui in eo melioratus ſit, quod habere debet de legitima filiorum, quod habet euidentiſsimam rationem ſi bene conſideretur, nec hoc facit fauor animæ, vt dixit Pala. Rub. vbi ſupra.

10 ¶ Hoc tamen puto, ſic eſſe intelligendum & limitandum, ſi pater fecit meliorationem tertiæ partis bonorum ſuorum vni ex filijs, alteri vero quintę partis, vel vnum meliorauit in tertio & quinto ſi vero vni ſoli filio feciſſet meliorationem tertiæ partis hæreditatis ſuæ, & non diſpoſuit de quinto, quia noluit, vel non potuit, quia inteſtatus deceſsit certe hoc caſu crederem quod filius melioratus in tertio bonorum habebit tertium omnium bonorum quæ pater habuit tempore mortis cum non concurrat cũ quinto, vt prius illud deducatur ſecundum regulam ſupra poſitam, & nihil impedimenti ſit filio cur non habeat tertiam partem integram hæreditatis patris, ſicut verba contractus ſonant, cum ipſe capax ſit totius tertiæ partis hæreditatis paternæ, cum poſſet habere tertium & quintum ſi ei præ legatum eſſet, & hoc veriſsimum puto ratione prædicta.

* Item aduertendum eſt, *que ſi el padre mejorò à vn hijo en el tercio de ſus bienes, y no hizo mejora del quinto à el ni à otro, entonces ſe ſacara el tertio para el hijo mejorado de todos los bienes que dexò el padre, ſacando primero del monton y cuerpo de bienes haſta do alcançare el quinto, todos los gaſtos del entierro y mandas pias y gracioſas que ſe han de ſacar del quinto conforme à la ley de Toro, y lo que ſobrare del quinto, ſe partira,* pro rata, *entre el hijo mejorado en el tercio, y todos los hermanos hijos y herederos del defunto, en eſta manera: Pongamos*, exẽpli gratia (*para que mejor ſe entienda eſte dubio, porque es muy contingible y mal entendido) que el padre al tiempo que murio tenia quinze mil ducados de hazienda, y auia mejorado à vno de ſus hijos en el tertio de ſus bienes, y no mejorò à el ni à otro en el quinto, es agora la duda Que lleuara eſte hijo mejorado en el tercio de los bienes de ſu padre, y parece, que ſacados tres mil ducados que es el quinto, de los doze mil que quedan, lleuara el tercio que ſon quatro mil, el hijo mejorado en el tercio, y lo demas que ſobrare del quinto, ſacado de los gaſtos del entierro, y las mãdas pias y gracioſas que el padre hizo en ſu teſtamento, lo demas ſe ha de partir entre todos los herederos*, at veritas eſt, *que el hijo mejorado ſacara primero el tercio deſte remanente del quinto, en eſta forma, que ſi el padre gaſtò y diſpuſo del quinto mil ducados en gaſtos de ſu entierro y mandas pias y gracioſas, y ſobran dos mil ducados del quinto, que no diſpuſo dellos, eſtos ſe partiran entre el hijo mejorado y los otros herederos, y dellos lleuara el mejorado el tertio, y lo que reſtare ſe partira entre el y los demas herederos por yguales partes, y el mejorado entrara en parte como vno de los herederos, deſpues de ſacado el tercio de los dichos dos mil ducados, por razon de la dicha mejora,* quod eſt valde notandum, quia pauci ad hoc aduertunt, *porque ſacado el quinto de lo que reſta, ſe ſuele ſacar al hijo mejorado en el tercio, la tercia parte, que es de los dichos doze mil ducados, los quatro mil y no mas, aya ò no aya mejora del quinto, y lo que ſobra del quinto ſacados los gaſtos del entierro, y las mãdas pias y gracioſas, lo partẽ entre todos los herederos quãdo no ay mejora hecha de quinto, que es error euidente, porque ſiendo, como es, el remanente del quinto bienes libres y herencia*

rencia del padre,porque no quiſo mejorar
ni diſponer del como pudiera entre ſus hi
jos y eſtraños,ninguna razon ay porque el
hijo mejorado en el tercio,no lleue el ter-
cio deſte remanente del quinto;como lolle
ua de las quatro partes de cinco,que es le
gitima de todos los hijos,pues ay la miſma
razon,y aun mayor,que lleue el tercio de-
ſte remanente del quinto,de que no quiſo
diſponer el padre,que de las quatro par-
tes de cinco,que era legitima de todos los
hijos,y la ley le da facultad que pueda me-
jorar en el tercio dello à vno de ſus hijos,
à fortiori podra dar y mejorar en el ter-
cio à ſu hijo deſte remanente del quinto,
que es patrimonio libre del padre que lo
pudiera dar y mandar à vn eſtraño.Nam
abſurdũ eſt ei cui quod plus eſt licet,
quod minus eſt non licere,vt in regu-
la iuris,y el padre en la mejora que hizo
à ſu hijo del tercio,no dixo que le mejora-
ua en el tercio de ſus bienes q̃ reſtaſſen ſa-
cado el quinto ſino en el tercio de todos ſus
bienes,y eſte remanente del quinto ſon
bienes y patrimonio libre del padre, mas
que las quatro partes de cinco,que ſon le-
gitima de todos los hijos,y no patrimonio li
bre del padre,& ita mihi videtur tenen
dum in hac quæſtione pronunc. *

QVAESTIO. VI.

11 SExto quæro.Si el teſtador no tu-
uieſſe hijos ni decendientes legiti-
mos, y tuuieſſe vn hijo natural, y
dos,ò tres hermanos legitimos, y al natu-
ral,ò eſpurio,mandaſſe el quinto de ſus bie
nes,y à los hermanos inſtituyeſſe en toda
ſu herencia,y mandaſſe, e hizieſſe algu-
nas mandas pias y graciosas,las quales mã
dò que las pagaſſen ſus hermanos,à quien
dexò por herederos,ò no diſpuſo nada ſo-
bre ello,ſi ſe ſacaran eſtas mandas y gaſtos
del entierro del quinto que el teſtador mã
dò à ſu hijo natural,ò del reſiduo de la he
rencia que han de lleuar los hermanos que
dexo por herederos? & videtur dicen-
dum,quod filius naturalis, cui legatũ
eſt quintum,teneatur de quinto ſolue
re prædicta legata pia,& expenſas fu-
neris, non autem hæredes in reſiduo
hæreditatis, quia hoc eſt ita deciſum
per legem 30.de Toro,quæ hoc diſpo
nit,vt talia legata pia,& gratioſa,& im
penſa funeris, deducantur de quinta
parte bonorum,etiamſi teſtator aliud
iuſſerit in teſtamento.Pero no obſtante
la dicha ley de Toro,ſe deue tener lo con-
trario en eſte caſo,y que los herederos del
difunto pagaran del reſiduo de la heren-
12 cia todas las mandas pias y gracioſas y gaſ
tos del entierro, y no el hijo natural del
quinto,porque la ley de Toro y ſu deciſion
habla,y ſe ha de entender quando el teſta
dor tiene hijos y decendientes legitimos,
en cuyo perjuyzio y de ſus legitimas no
puede diſponer el padre por ſu anima, ni
en otra coſa en mas del quinto,cõforme à
la ley del fuero,tit.de las mandas,l.9.lib.
3.fori.Porq̃ en tal caſo,aunq̃ diſpuſieſſe q̃
ſe pagaſſe del reſiduo de la herencia, y no
del quinto,no lo puede hazer,porq̃ es legi
tima de los otros hijos,aũq̃ mejoraſſe à vn
hijo, e del tercio no puede mãdar q̃ de alli
13 ſe paguẽ las mandas pias y gracioſas por la
miſma razon, porque aquella mejora de
tercio ſe hizo de la legitima de los otros
* hijos:pero en eſte caſo ceſſa la dicha razon,
porque no ay hijos ni decendientes à quiẽ
ſe deua legitima,y el hijo natural es capaz
de todos los bienes y herencia del padre,
vt in l.fin.C.de natu.liber.vbi notant
Doctores, & in l.1. in prin.vbi glo.in
verbo,naturales, ff.de bonorum poſſ.
contra tabul.& in l.10.Taur.ideò po-
tuit de qua parte velit deducere lega-
ta & impẽſa funeris,quia nihil intereſt
quod talia legata & expenſa funeris
deducantur de quinto,vel de reſiduo
hæreditatis,& regulariter tenentur hę
redes legata ſoluere, & cętera debita
hæreditaria pro hæreditarijs portioni
bus,vt in l.pro hęreditarijs, C.de hæ-
redita.actio. y aſsi en eſte caſo pagaran
14 las dichas mandas y gaſtos del entierro los
herederos pro rata de lo que heredò cada
vno,quando teſtator hoc iuſsit,quia ſit
per hoc potuit libere diſponere & hoc
etiam ſentire videtur Tello.Fern. in l.
3.de Toro in ſimili quæſt. numer.20.

Pero

Pero en quanto à las deudas ſera obligado eſte legatario, à quien ſue hecha la mãda del quinto, de pagar ſu parte, pro rata, *de lo que le cupiere por razon del dicho quinto*, niſi teſtator contrarium iuſſerit, vt in l. ſi quis ſeruum, §. fin. cum lege ſequinti, & l. cum autem pars bonorum, ff. de le. 2. & l. 21. de Toro, & in l. 5. tit. 6. lib. 5. recop. *y lo miſmo ſera de los legados* in ſpecie, *como ſi el teſtador mandò caſa, ò viña, ò cauallo, porque aquellos derogan al legado general del quinto de los bienes, porque ſe ha de ſacar primero la eſpecie que fue legada ò mandada por el teſtador. y de lo reſiduo lleuara el quinto de los bienes*: P*ero de los otros legados de quantidad no contribuyra, ni ſe ſacara del legado del quinto*, ita notabiliter tenet Bar. in allegata, l. ſi quis ſeruũ §. fin. & l. cum autem, pars bonorum, ff. de leg. 2. quẽ ſequitur ibi Pau. & cõmuniter omnes & in l. qui quadringẽta, & l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebellia.

QVAESTIO VII.

15 SEptimo quæro eodem caſu retento, *ſi el padre tenia hijos, y tambien tenia vn hijo natural, el qual en vida del padre le pidio alimentos, y por ſentencia executoria fue condenado à que dieſſe y pagaſſe al hijo natural ciento en cada vn año, por todos los dias q̃ viuieſſe, y mejorò à otro hijo legitimo en el tercio y quinto de ſus bienes, ò mãdò el quinto à vn eſtraño por ſu anima. Es la duda, ſi deſte quinto ſe ſacaran eſtos alimentos del hijo natural ò del monton y cuerpo de bienes que quedaron por legitima de los otros hijos*, & videtur quod non debeat exire de quinto, ſed de tota hæreditate & pro rata tantum de ipſo quinto vt in ſuperiore quæſtione diximus, nam cũ ſit debitũ hæreditariũ certũ eſt, quod omnes hæredes tenentur ad illud; & debet deduci de omni hæreditate tanquam æs alienum, & de reſiduo habebit legatarius quintam partem, vt in dicta l. cum autem bonorum pars, ff. de legat. 2. & l. ſubſignatum, ff. de verbo. ſigni. & dicta l. 21. de Toro, l. 5. tit. 6. libro 5. Recop. ſed in contrarium facit, quod ſi de tota hæreditate deducerentur alimenta iſta debita filio naturali tanquam æs alienum propter ſentẽtias & executoriam contra patrem datam ſequeretur, quod filij legitimi tenerentur de ſua legitima illa alimenta debita ſoluere filio naturali cum pater in quinto meliorauerit alium filium vel extraneum quod eſſe non debet, nam alimenta debita filijs naturalibus vel ſpurijs debent deduci de quinto, de quo poterat diſponere pater pro anima ſua, vt in l. 9. & 10. Tauri, l. 7. & 8. tit. 8. l. 5. Recop. Reſpondeo. *Que el mejorado en el quinto ſera obligado à pagar todos eſtos alimentos que ſe han dado en vida del padre, y deſpues de muerto ſe dieren al hijo natural, y no ſe han de pagar ni ſacar del rèſiduo de la hazienda y herencia, porque ſacado el quinto, es todo lo demas legitima de los hijos legitimos que no ſon obligados de ſus legitimas à los dichos alimentos*, & hoc colligitur & probatur ex dicta l. Tauri, *en aquellas palabras donde dize, no pueda mãd..rle mas de la quinta parte de ſus bienes de la que podria diſponer por ſu anima*, & hoc etiã ſentit. ibi. Ant. Go. in dicta l. 10. num. 41. & ita fuit iudicatum in hoc regali Gran. prætorio in quadam ardua cauſa, *de doña Maria de Aguilar, con dõ Diego de Aguilar ſu hermano natural, vezinos de Ecija*, & quidem iuſte iudicio meo, quia ſententia lata contra patrem executoriaque non mutant cauſam debiti in ſpecto initio, vt in l. 3. §. ſcio, ff. de minori. quia & ſi cenſeatur eſſe æs alienum tamen cauſa fuit alimentorũ debitorum filio naturali, vel ſpurio, qui alimentari debet de quinto, & nõ de legitima filiorum legitimorum, vt in dict. l. 10. Tauri, ideò non eſt curandum quod ſit æs alienum, vt deducatur de omni hæreditate, ſed quod cauſa condemnationis fuit talis quod de quinto exire debuit.

* * Sed nunc incidenter quæro, de alia

alia notabili quæſtione, *vn padre que tenia hijos legitimos y naturales, tenia vna hija natural, mandole quinientos ducados en ſu teſtamento, para que ſe caſaſſe, los quales cabian en el quinto de ſus bienes, muerto el padre, dende à pocos dias murio la hija ſin caſarſe, agora los hijos y herederos del padre piden à la madre deſta hija natural que tenia recebidos eſtos quiniẽtos ducados para el caſamiento de ſu hija, diziendo, que à ellos les pertenece como à herederos de ſu padre, pues no ſe cumplio la cauſa, condicion, ò modo para que ſe los mandò ſu padre, que fue para q̃ ſe caſaſſe*, ex cõtrario dicebatur ex parte matris, *que ella era legitima heredera de ſu hija, à la qual no le fueron mandados los dichos quinientos ducados debaxo de condicion ni modo alguno, ſino puramẽte, por lo qual le pertenecieron à ſu hija, y à ella como ſu madre y legitima heredera*, & videtur quod dictũ legatũ nõ debeatur matri, ſed hæredibus patris, nã legatũ relictum ſub conditione vel modo, conditione vel modo nõ impleto nõ debetur, etiamſi nomine dotis relictum fuerit, vt in l. Titio centum, §. fi. verſ. ſed cum ante nuptias, ff. de condi. & demonſtra. vbi notant Doctores & in l. 1. C. de his quæ ſub modo lega. vel fideicom. relinqun. nam paria ſunt, legatum ſub conditione datum conditione deficiente non deberi, & legatum ſub modo factum, non deberi modo non impleto, vt in dict. l. 1. C. de his, quæ ſub modo lega. & lex quibus diebus, §. fin. de condi. & demonſtra. ff. Item, quia cauſa legati ceſſante, quæ fuit matrimonium, ceſſare debet effectus, tex. in l. dedi, & per totum titulum, ff. de condit. ob cau. Itẽ, quia ſi teſtator legat ad vnam cauſam non poteſt conuerti in aliam, vt in d. l. quibus diebus, §. fin. de condi. & demonſtrat. ideò dicta pecunia conuerti non poteſt in aliam cauſam, niſi ad maritandam filiam, quod eſſe non poteſt cum defuncta ſit, in contrarium allegatur, quod teſtator pure legauit filiæ non ſub conditione, vel modo, vt apparet ex verbis teſtamẽti, nõ enim dixit, vt ſe maritaret, vel nupſerit, ſed ad ſe maritandam, quæ verba ſonant quandam ad monitionem, vel deſignationem, non conditionem vel modũ, ideo legatũ debetur, quia purum eſt, & pro hac parte videtur tex. expreſſus in l. 2. §. fin. cum ibi notatis, ff. de donatio. videtur etiam text. expreſſus in l. Titio centum in princip. & in §. Titio genero, verſic. ſed cum ante nuptias, ff. de condi. & demonſtratio. *y aſsi parece que ſe deue tener y juzgar, que la madre deſta hija natural lleuara eſte legado, como heredera legitima de ſu hija, y no los hijos y herederos del padre*, & ita tenet in proprijs terminis Albericus in l. 1. C. de his, quæ ſub modo lega. & dicit ita fuiſſe iudicatum, & ita tenuiſſe in quadam publica diſputatione quendam Doctorem antiquum, quod confirmatur hodie per legem huius Regni: *porque el padre bien puede mandar à ſu hija natural haſta el quinto de ſus bienes, aunque tenga hijos legitimos: y lo que ouiere del quinto puede diſponer dello libremente en ſu vida, ò al tiempo de ſu muerte, como quiſiere*, vt habetur in l. 9. Tauri. *Iten, porque el padre deuia alimentos à eſta hija natural, para lo qual parece que le fue mandada la dicha dote, y teniendo accion para pedirlos en ſu vida la hija como deuda deuida*, á fortiori, poteſt ea retinere ope exceptionis, ipſa vel hæres eius, vt in regula iuris, cui damus actionem, cum ibi notatis, eſt tamen aduertendum, *que aunque ſea verdadera eſta determinacion de Alberico* in dict. l. 1. C. de his, quæ ſub modo lega. *en quanto dize que eſta concluſion arriba dicha, y eſte legado*, prædicto modo factũ, ideo pertinet ad hæredes filiæ, quia purũ eſt, non ſub modo relictum, quod fit per verbum, vt: *pero q̃ ſi fuera hecho*, ſub modo, velut ſi teſtator diceret centum libras lego filiæ meæ, vt ex eis maritetur, vel nubat, quod mortua filia antea quam nubat, non habebit ipſa, vel hæres eius prædicta centum, vel ducenta legata in quo errat

rat manifeſte. *porque quando el modo pueſto por el teſtador*, reſcipit ſolum cõmodum legatarij, non tenetur legatarius implere modum, & modo nõ impleto habebit legatum, text. eſt expreſſus, qui hoc ita ſtatuit in l. Titio centum, in principio, ff. de condi. & demonſtratio. cum ergo hoc legatum reſpiciat ſolum commodum filiæ, vt ex eo nubere poſsit non tenetur præciſe modum implere, ſed etiam modo nõ impleto habebit legatum ipſa, vel hæredes eius, ex quibus infertur, *que ſi la hija no quiſieſſe caſarſe, ſino viuir honeſtamente, y mantenerſe del dicho legado, ò reditos del, lo podra hazer, y lleuarà la dicha manda y legado que le fue dado por ſu padre*, cum non teneatur prædictum modum implere, vt ſupra diximus. *

QVAESTIO VIII.

17 OCtauo quæro, *ſi el padre mejorò en vida à vno de ſus hyos en el quinto de ſus bienes por contracto irreuocable, y deſpues en ſu teſtamento mejorò à otro hyo en otro quinto, ſi valdra la mejora en ambos quintos*, & videtur quod non, quia non poteſt pater pluſquam in vno quinto in vita, vel in morte diſponere, vt in l. 28. de Toro, quæ habẽtur l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. *Pero ſin embargo de la dicha ley parece que ſe deue tener lo contrario*, in caſu præmiſſo, *porque como ambos quintos ſean hechos en fauor de los hijos, y el teſtador pudiera diſponer en mas, que es en el tercio y en el quinto, y ambos quintos no llegan à la quantidad que la ley le permite al padre que pueda diſponer de ſus bienes en perjuyzio de la legitima de ſus hijos, es coſa clara que puede mandar ambos los dichos quintos à ſus hijos, y lo miſmo ſeria ſi mandò el vn quinto à ſu hijo, y el otro à ſu muger, ò à vn eſtraño, porque lo puede hazer*, lege permittente, *porque ſi pudo dar el tercio à vno de ſus hijos quando le dio y mejorò en el quinto*, à fortiori, *le pudo mejorar en el quinto, que es menos*, nã in maiori ſumma ineſt minor, vt in l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verbor. obligat. cum concordant. *Y anſi en el tercio que le permitio la ley hazer la mejora entre ſus hyos, ſe encierra y entra el quinto, porque no es neceſſario que el padre que haze la mejora entre ſus hijos, diſponga entre ellos de todo el tercio que puede, ſino que ſea de alli abaxo en el quarto, ò quinto, ò ſexto, que es la mitad del tercio, y como ſea entre ſus hyos, o deſcendientes, ſe entiende que es à cuenta del tercio que la ley le permite, y no es viſto perjudicarſe en el quinto para ſu anima, ò para eſtraños*, vt ſupra diximus in quæſtione antecedenti, *ſino que podra deſpues diſponer de ſu quinto como quiſiere, ò à eſtraños, ò à otro hijo: y la ley veynte y ocho de Toro que le prohibe, que no pueda diſponer de dos quintos, vno en vida, y otro en muerte, ha lugar, y ſe entiende entre eſtraños: pero entre hyos bien puede diſponer de dos quintos, pues puede lo mas, que es tercio y quinto*. Et hoc verum puto, & ita ſentit Tello Fernan. in dict. l. 28. in 1. colum. nume. 1. & Ciſentes in l. 18. de Toro prope finem.

QVAESTIO. IX.

NONO quæro, & eſt dubium ſubtile, & neceſſarium. *Supueſto que el padre pudo mejorar en dos quintos à ſus hijos, de qual. eſtos dos quintos ſe ſacaran las mandas pias, y gracioſas, y gaſtos del entierro, que manda la ley treynta de Toro*, quæ eſt l. 13. titul. 6. libr. 5. Recopil. *que diſpone que ſe ſaquen del quinto, aunque el teſtador mandè lo contrario*, 18 certe ſi ſecundum quintum pater legaſſet vxori, vel extraneo, res expedita eſſet, quod de quinto legato extraneo deducerentur dicta legata pia, & impenſa funeris, ex diſpoſitione legis 30. de Toro, quæ in hoc caſu loquitur, & ita debet intelligi, ſed quãdo vtrunque legatum quintæ partis factũ fuit filijs, hic eſt dubium, cui eorum incumbat onus prędictę legis 30. Tauri, vt ex eo deducantur legata pia, & impenſa funeris, in qua quidem quæſtione

ſtione videtur dicendum, quod vtriſque filijs, quibus quinta pars bonorũ legata eſt,& donata inter viuos incũbat onus ſoluendi legata pia, & funeris impenſam, cum vtrique aptentur verba legis quæ iubet prædicta deduci de quinto, vt in l. Plautius, ff. de auro & argento legat. & l. in ambiguo, ff. de rebus dub. & l. non aliter, ff. de legat. 3. & l. re coniuncti, eod. titul. l. fundus ille, ff. de contrahend. emptione, ego vero in ſpecie propoſita contrariam ſententiam teneo, *y que el hyo mejorado en el ſegundo quinto, ſerà obligado à cumplir las dichas mandas pias y gaſtos del entierro, y ſe ſacarà del quinto, y no de la mejora del quinto que ſe hizo primero al otro hyo por contracto entre viuos.*

¶ *Lo primero, porque ſupueſto (como eſtà dicho) que la primera mejora que el padre hizo à ſu hyo fue por contracto entre viuos irreuocable, porque le entregò en la poſſeſsion, ò la eſcritura, ò fue por cauſa oneroſa ſegun la ley diez y ſiete de Toro, no puede deſpues reuocalla, ni deminuyr la dicha donacion, y mejora, en todo ni en parte.* Quia perfecta donatio conditiones poſtea non cap. l. perfecta donatio. C. de donatio. quæ ſ. bmo. l. ſicut ab initio, C. de actio. & obliga.

¶ *Lo ſegundo, porque la donacion, y mejora primera hecha al hyo del quinto de los bienes del padre, ſe entiende que fue à quenta del tercio: y por el derecho que le podia mejorar à ſu hyo en el tercio, pues fue hecha la mejora à hijo, aunque fue en menos que el tercio,* (vt ſupra diximus,) in præcedenti quæſtione, quia non intereſt quibus verbis fiat prędicta melioratio de tertio, vel quarto, vel quinto. Sed ſolum ſi fiat filijs, vel deſcendentibus, & infra tertiam bonorum, de qua poteſt pater diſponere inter liberos, & cum ſit infra tertiam partem bonorum, & inter liberos ſuper ea nõ cadit grauamen legatorum, nec impẽſa funeris, cum ſit legitima filiorũ melioratio vni ex eis facta infra tertiam partem bonorum patris, quod verum puto, niſi de voluntate patris conſtaret, quod prima melioratio quinti voluit eſſe de quinto, quod potuit pro anima diſponere, veluti ſi ita expreſsit in prima melioratione quinti, vel alias conſtaret de eius voluntate, tunc enim de prima melioratione quinti facta filio: prædicta legata, & impenſa funeris deducerentur nõ de ſecunda, quia id pater facere potuit, vt ſupra diximus, & conſtat de eius voluntate. Ad vnum tamen eſt aduertendum, quod non ſolum omnia legata pia, & impenſa funeris in ſpecie propoſita debent deduci de ſecunda melioratione facta alij filio in teſtamẽto de quinta parte omnium bonorum, quæ relıquit pater tempore mortis, ſed etiam legata gratuita extraneis facta, cũ iſtud quintum vltimum, de quo pater diſpoſuit in teſtamento ſuo ſit propria, & libera hæreditas patris, de quo poteſt libere diſponere inter extraneos, vel quoſcunque, vt in allegata l. 9. tit. 5. libr. 3. fori, & ſi quis dixerit, quare magis prima melioratio quinti intelligitur facta eſſe de tertio vſque ad concurrentem quantitatem, quam ſecunda melioratio de alio quinto facta alij filio ſaltem vſque ad implementum tertij. 1
TRigeſimo quarto quęritur. *Si el padre ò madre hizo donacion, y mejorò à ſu hijo por via de caſamiento, en el tercio y quinto de ſus bienes, dandoſelo, y ſeñalandoſelo en alguna heredad ò rayz, y que lo que mas valieſſe fueſſe para en cuenta de ſu legitima, deſpues muere eſte hijo en vida del padre ò madre que hizo la donacion y mejora, ſin dexar hijos ni decendientes, auiendo vendido y conſumido eſta heredad que le fue dada, la qual valia mas q̃ el tercio y quinto y legitima del hijo, alomenos reſpeto de lo que valian los bienes al tiempo que murio el padre ò la madre que hizieron la donacion.* Quia hoc tempus attendi debet ad excludendam inofficioſi que-
21 rellam, vt in l. cum quęritur, C. de inofficio. teſta. vbi not. Doctores, & in §. igitur inſtituta eod. tit. & in l. quoties, C. famil. herciſ. & l. parentibus arbitriũ C. de inoffi. teſta. *Que remedio tendran los otros hijos contra el poſſeedor deſta heredad que vendio el hijo mejorado en ella y quanta parte della podran pedir?* Reſpõdeo, *que quanto al tercio y quinto valio* irreuocabiliter, *la dicha donacion, y que los otros hijos no pueden pedir contra ſu hermano, ni contra ſus herederos coſa alguna, porque el quinto pudo auer, y fue capaz del como qualquier eſtraño, y del tercio, como hijo à quien ſe puede mejorar en el tercio*, vt in l. 9. tit. 5. libr. 3. fori, & l. 17. de Toro. *Pero quanto à lo que valia mas eſta heredad en que el hijo fue mejorado, que el padre le dio y anticipò para en quenta de ſu legitima, eſto no valio, ni pudo valer auiendo muerto antes que el padre ò madre que le hizo la donacion ſin dexar deſcendientes, porque* videtur datũ ſub conditione ſi ſuperuixerit patri. nulla enim eſt hæreditas viuentis, nec filius habet legitimam, nec ei debetur in bonis patris inuita eius, ſolum enim debetur legitima filijs ſuperſtitibus poſt mortem patris, vt in l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bonor. & in l. qui ſuperſtitis, vbi notant Doctores, ff. de ac
22 quirend. hæredit. & in authent. nouiſſima, & authen. vnde etſi parens, C. de inoffi. teſtamen. Sic itaque totum illud quod filius recepit titulo donationis præter tertium & quintum, reddere tenetur fratribus cum ſit legitima eorũ, ipſe enim non potuit habere legitimã, nec ſibi debetur cum ſuperuixerit pater quo viuente non debetur ſibi hæreditas, nec legitima, ſed ſolum filijs ſuperſtitibus tempore mortis patris, vt in dicta l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collatio. bono. & in authen. nouiſſima, C.
23 de inofficioſo teſtamento, & alijs ſuperius allegatis. *Pero ſi el hijo que recibio eſta donacion y mejora, ouieſſe vendido, ò enagenado eſta heredad que le fue dada por ſu padre ò madre, y el no dexaſſe bienes al tiempo que murio,* quomodo ſubuenietur cæteris filijs contra tertium poſſeſſorem illius rei ſibi donatæ, dic quod habebit vtilem reivendicationem propoſita tamen prius querella inofficioſæ donationis, non autem datur directa reivendicatio, quia qui accepit factus eſt dominus traditione, hoc tenet expreſſe gloſ. in l. 1. C. de inoffi. donatio. in gloſſ. magna, in 10. quæſtione, quam ſequitur ibi Bartol. Bald. & Paul. & cæteri Scribentes, ſed aduertendum eſt, quod prędicta gloſſa & Doctores loquuntur quando filius qui recepit donationem inofficioſam poſſidet. Illam rem, quæ

fuit

fuit ſibi donata, non cum poſsidet tertius, ſed idem dicendum puto tertio poſsidente, quia cum competat filijs vtilis actio in rem propoſita prius que rella, vt prædiximus hæc actio realis competit contra quemlibet poſſeſſorem, quia ſequitur rem quocunque vadat, vt in §. omnium inſtit. de actio. vbi notant Doctores, & in l. mater tua, & in l. aduerſus, & l. ſi mancipium, C. de rei vendic. ſed dubium eſt in eo caſu quando tertius poſsidet rem donatam filio qui deceſsit ſine liberis. Relictis tamen multis bonis hæredibus ſuis, ex quibus ſufficienter poſsit ſuppleri legitima alijs fratribus, an poſsit à tertio res donata vẽdicari in eo quod tangit legitimam aliorum filiorum, an ab hæredibus donatarij prædefuncti, qui ſupplere poſſunt legitimam aliorum fratrum ex bonis hæreditarijs, & puto quod hoc caſu nõ poſsint revẽdicare cęteri filij à tertio poſſeſſore cũ poſsint æſtimationem vel ſupplemen-
24 tum legitime conſequi ab hæredibus fratris præmortui, quia legitima filiorum non conſiſtit in re certa, ſed ſolũ inſpicitur quod habeat quartam valoris bonorum patris, quæ habuit tempore mortis: ita quod filius non habeat minus quarta, vt in l. quotiens, C. famil. herciſcund. & lege parentibus arbitrium, C. de inofficio. teſtament. & hoc ſentit glo. in dicta l. 1. de inoffi. dona. in 10. quæſtion. prope fin. licet nõ ita claret, pro quo facit etiam text. in l. dotis quidem petitio. C. de collatio. & l. 1. §. iubet, ff. de collation. bono. & l. 1. titul. 1. part. 6. vbi habetur quod filius non tenetur præciſe conferre rem ipſam quam recepit titulo dotis, vel donationis à patre, ſed poterit petere hæreditatem tantum minus accipiendo, & hoc modo conſulitur alijs fratribus, vt vnuſquiſque ſuam legitimã hæreditatem recipiat, nec eſt neceſſe quod ipſam rem quæ data fuit à patre in medium conferat, ita in propoſito noſtro cum actio inofficioſæ donationis competat contra filium qui inofficioſam donationem recepit, nec ipſam rem habeat, ſatisfactum intentioni legis eſſe videtur ſi ex alijs bonis filij donatarij legitima aliorum filiorum ſupleatur. Cuius intentio ſolum eſt vt filij non defraudentur legitima ſua quibus ſuffragatur, & confert lex 24. titul. 13. part. 5. vbi habetur quod ſi pater vendiderit, vel alienauerit bona materna filius quem in poteſtate habet non habebit regreſſum contra emptorem, nec ab eo poterit rem vendicare ſi ex bonis patris poſsit cõſequi æſtimationem ſuę rei quam pater alienauit. Si ergo filius non poteſt vendicare rẽ ſuam propriam quã pater iniuſte alienauit ſi æſtimationem ab hæredibus patris conſequi poſsit, quãto minus poterit filius rem propriam ipſius patris vendicare ſi legitima ſua poſsit ex alijs boni filij donatarij ſuppleri, & ita indubitanter teneo, quod filij non poterunt rem donatam à patre vendicare reſpectu donationis inofficioſæ à tertio poſſeſſore ſi legitima eorum poſsit ſuppleri ex alijs bonis fratris prædefunti, quod eſt maximi effectus propter fructus ipſius rei donatæ à patre quos haberet actor à tempore conteſtationis quos non habebit, nec ipſam rem, ſi hæredes fratris donatarij prædefuncti poſsint, & velint ſupplere legitimam aliorum filiorum, & pro hac parte videtur caſus expreſſus in l. Titia cum eſſet minor, ff. de iure doti. quæ eſt notabilis ad propoſitum.

¶ Sed videtur quod idem ſit in melioratione tertij quod diximus in legitima data filio à patre vel matre titulo donationis, vt cæteri filij poſsint eam petere, & vendicare tanquam donationem inofficioſam, ſi pater aut mater ſuperuixerit filio cui donatio facta eſt de tertio, quia hoc tertium eſt proprie legitima aliorum filiorum, & de ea ſit melioratio alteri filio, & ſicut non poteſt habere legitimam filius donatarius ſi non ſu-

peruixerit patri,ita non habebit melio rationem tertię partis bonorum quæ pars eſt legitime omnium filioꝛũ, nec
25 eſt maior ratio in vno caſu quam in alio. Item quod melioratio tertij ſit proprie hæreditas,& pars legitime filiorum,etiamſi titulo donationis in vita pater eis dederit,colligitur ex l.fori l.9.tit.*de las mandas*,lib.3.fori,ibi: *No pueda mandar ni dar à ſu muerte, mas de la quinta parte de ſus bienes:pero ſi quiſiere mejorar en la tercia parte de ſus bienes,&c.*ecce igitur quod prædicta lex loquitur euidenter de patre diſponente de bonis ſuis in vltima voluntate, & de legitima filiorum quam non habẽt nec eis debetur in vita parentum,vt ſupra diximus,licet in vita pater anticipauerit voluntatem, & diſpoſitionem ſuam donando tertium,vel legitimam vni ex filijs. Ergo ſi non ſuperuixerit patri non debent habere legitimam, nec meliorationem tertij,ideò filij ſuperſtites poterunt id reuocare,& petere per querellam inofficioſæ donationis,& vtilem actionem in rem, ſicut diximus de donatione legitimæ, quam pater dedit filio in vita ſua,qui non ſuperuixit patri.

¶ Sed licet hoc verum eſſet de iure tempore prædictæ legis fori,quod ita poſsit reuocari donatio tertiæ partis bonorum,ſicut donatio legitimæ facta filio ſi non ſuperuixerit patri, prædictis rationibus,hodie tamen attenta diſpoſitione legis 18. de Toro, crede
1 rem hoc non procedere:imo quod donatio partis tertiæ bonorum, vel alicuius rei,quæ faciat tertium non poterit reuocari per alios filios ſuperſtites à fi
26 lio,qui non ſuperuixit patri, vel eius hæredibus,quoniam filius, vel nepos eſt capax prædictæ meliorationis tertij,etiamſi non ſit hæres patris,& ſicnõ eſt neceſſe quod ſuperuixerit patri, vt
27 prędictum tertium habere poſsit, ſed ſolum quod ſit filius, aut nepos eius, qui meliorationem fecit,etiamſi pater eum præcedat,& ita expreſſe diſponit prędicta lex 18.dę Toro,quæ notabilis eſt in ſua deciſione. Si ergo nepos eſt capax prædictæ meliorationis tertiæ partis, etiamſi pater eum præcedat,qui eſt hæres patris bene ſequitur quod poterit filius, vel nepos habere dictam meliorationem tertij, etiamſi non ſuperuixerit patri,nec cæteri filij poterunt eam reuocare,ex eoquod nõ ſuperuixerit filius qui prædictam meliorationem recepit.

¶ Quod tamen eſt intelligendũ & limitandũ ſi prædicta donatione facta à patre filio, qui non ſuperuixit patri nõ excedat tertiũ &quintũ bonorũ patris, quia tũc reuocabitur per filios ſuperſtites in eo quod excedit,nã ille filius capax eſt meliorationis tertiæ & quintæ partis bonoꝛũ,etiamſi non ſit hæres patris (vt ſupra diximus,) de nepote quem pater eius præcedebat, idcirco ſi pater donauit filio aliquam rem pro legitima ſua,& ſuperfluum in tertio & quinto bonorum eius ſi non ſuperuixerit patri reuocabitur per alios filios ſuperſtites in eo quod habet pro legitima ſi excedat tertium & quintam partem bonorum,quia non fuit capax legitimæ cum non ſuperuixerit patri, nec ſit hęres eius,ſed bene poterit retinere,in quantum prædicta donatio facit tertium & quintum bonorum patris,quia in his non eſt neceſſe quod
28 ſuperuixerit patri,vt ſupradiximus.

¶ His itaque diſcretis articulis de donationibus, videlicet factis filijs à parentibus de legitima, & tertio, & quinto bonorum,& quando reuocari poſsint ab alijs filijs nunc videamus. *Si en algun caſo la donacion del quinto q̃ el padre hizo à vn eſtraño,ò à vno de ſus hyos en caſo que ſea irreuocable,porque le entregò la poſſeſsion de la coſa que le hizo donacion,ſe podria reuocar en parte por los hijos que quedaron viuos.* Exempli gratia,*pongamos que el padre hizo donacion à vn eſtraño,ò al hijo, en la manera dicha que ſea valida è irreuocable del quinto de ſus bienes,ò de vna heredad q̃ valieſſe el quinto de los bienes que entonces tenia,deſpues vino el padre à conſumir*

mir y gaſtar las otras quatro partes de ſus bienes que quedaron, en alimentarſe à ſi y à ſu familia, ò perdio el caudal que tenia en alguna mercaderia y contrato que tenia, y viene à morir ſin dexar bienes algunos, ò tan pocos, que no llegan à tanto como el quinto que dio primero al eſtraño, ò al hijo, como dicho es, ſi los otros hijos tendran algun remedio para pedir y ſacar parte deſte quinto que el padre dio en en vida, de manera que juntando lo que tiene quando murio, y el quinto que donò en vida no pueda llevar mas el donatario del quinto deſto, y no el quinto de la que tenia al tiempo que hizo la donacion. Iſtam quæſtionem mouit gloſ. in l. 1. C. de inoffic. donatio. in nona quæſtione, vbi concludit, quod non poſsit reuocari in aliquo, nec dici inofficioſa donatio ſi à principio fuit valida, quia non tangebat legitimam filiorum, quia legitime facta eſt, & non debet ex caſu ſuperuenienti reuocari, vt inofficioſa, & cum gloſ. tenent, & eam ſequuntur Ioannes Faber. Alberic. Cinus, Bald. & Paul. contrariam tamen opinionem tenuit ibi Martinus gloſſator antiquus, vt refert ibi Cinus, & Alberic. cuius opinio videtur mihi verior de iure rationibus per eum adductis, & alijs, de quibus infra dicetur, quibus congrui reſponderi non poteſt. Ratio Martini hæc eſt, quod filij cuius pater do drantem donauit, vel hodie quintam partem bonorum, ſi poſtea pater reſiduũ bonorum amiſit certam de damno vitando, donatarius vero de lucro, ideo de æquitate agere poſſunt contra donatarium, quia potior eſt cauſa legitime filiorum, quæ eſt ſibi debita, vel quaſi debita quam donationis, etiamſi legitime, & ſine fraude facta ſit: idcirco filij, vt creditores præferri debent donatario, vt in l. fin. §. et ſi præfatam, verſic. licentia creditoribus, C. de iur. deliber. & in l. qui autẽ, verſic. ſimilique modo, ff. de his quæ in fraudem creditor. quæ ratio potiſsima eſt, & nõ congrue reſpondetur ei per Doctores qui contrariam ſententiam tenuerunt, dicunt enim, quod filij non bene comparantur creditoribus, quia legitima non eſt à patre ſibi debita, ſed quaſi debita: ideò non poſſunt, vt creditores donationem à patre factam reuocare. Sed hæc ratio non valet, nec eſt ſufficiẽs ad excludẽdã rationẽ, & iura quæ Martinus allegat: nam licet filij non ſint vere creditores patris ſicut cęteri creditores, reſpectu tamen donatarij cui pater donauit potiores ſunt in legitima ſua, & donationem reuocare poſſunt, ſicut veri creditores reuocant, & hæc eſt intentio omnium legum in titulo, C. de inoffici. donat. & idem erat de iure digeſtorum, vt in l. Titia, la ſegunda, §. Imperator, ff. de legat. 2. idcirco nihil intereſt, quod filij ſint vere creditores, vel quaſi creditores cum reſpectu donationum creditores reputentur patris, & potior ſit cauſa legitime filiorum, quam donatariorum.

¶ Item ſi bene conſideretur gloſſ. in dicta l. 1. C. de inoffic. dona. in dicta quæſtione nona hoc non tenuit ad quod allegatur, imo tenet contrariũ, & pro opinione Martini, nam licet primo videatur tenere quod non reuocetur donatio, quia legitime facta ſit poſtea ſubdit, ſed vt ſupra dicitur in 8. quæſtione, pendet interim dum viuit, ſcilicet pater quaſi dicat idem eſſe in hac quæſtione, quod in ſuperiore proxima, vbi tenuit, quod ſi pater donauit totum ſuum patrimonium, poſtea autem multo plus acquiſiuit, & totum filio reliquit, quod non detur ei querella, nec reuocetur donatio, quia pendet dum pater viuit ſi relinquat filio integram legitimam vel nõ; & ſic ſi bene inſpiciantur verba gloſſ. non tenuit dictam opinionem ad quod allegatur, ſed ſolum diſputauit an valuerit donatio à principio, ita quod non poſsit reuocari dum pater viuit, quia legitime facta eſt, ideò pendet ex futuro euentu ſi pater alia bona poſtea quæſiuit quæ reliquit filio

in quibus habet integram legitimam,
ſi vero non ſufficiant ad legitimam
poſsit reuocare donationem vſque ad
debitum bonorum ſubſidiũ inſpecto
patrimonio patris,quod nũc habet, &
habebat ante donationem factam ſe-
cundum formam datam in authen. vn
de,etſi parens,C.de inoffic.teſtamen.
& hæc eſt intentio, & deciſio gloſſ. ſi
bene conſideretur,quæ potius aſſen-
tit opinioni Martini quam contra-
dicit.

¶ Item pro hac opinione Martini,
eſt text. expreſſus in authen. nouiſsi-
ma,C.de inoffic.teſtam.quæ venit ad
declarationem legis cum quæritur,
C. de inoffic.teſtament. vbi habetur
quod adexcludendã inoſſicioſi teſta-
menti querellam inſpicitur ſi filius ha
beat quartam vel legitimam integrã
bonorum patris,quæ reliquit tempo-
re mortis:nam ſi habet legitimam bo-
norum, quæ reliquit pater tempore
mortis,non habet querellam, authen-
tica autem vnde,etſi parẽs dicit, quod
etiam habebit querellam filius, vel
aget ad ſupplementum ſi habeat quar-
tam legitimam bonorum, quæ pater
reliquit tempore mortis, ſi modo per
donationem antea factam: patrimo-
nium pater conſumpſit, ita quod non
habeat legitimam integram filius reſ-
pectu bonorum, quæ donauit pater.
Ecce ergo vbi reſpectu donationum
non reſpicit lex patrimonium, quod
reliquit pater tempore mortis, ſed il-
lud etiam quod habeat ante donatio-
nem factam:ita quod omnia illa bona
iungantur, & cumulentur, tam dona-
ta,quàm relicta tempore mortis, vt ex
eis omnibus filius habeat legitimam,
non ergo inſpiciendum eſt ſi à princi
pio legitime donatum ſit, ſi poſtea ex
29 omnibus his bonis non relinquatur
legitima filio, & patrimonium patris
iudicatur,id quod donauit ſimul cum
eo quod reliquit tempore mortis ad
hoc,vt ex his omnibus filius habeat le
gitimam: quia legitima filiorum non
minuitur per donationes à patre fa-
ctas,nec valet ratio DD. qui contra-
riam ſententiam tenuerunt, videlicet,
quod donatio prius facta legitimè fa
cta fuit,& non trangebat legitimã filio
rum, ideò ex caſu ſuperuenienti non
debet reuocari,quia non dicitur legi
time facta, ſed eſt impendenti vſque
ad mortem patris,licet à principio va
luerit,tamen cum ſua cauſa, vt ſi filio
non relinquat pater integram legiti-
mam ex bonis quæ reliquit, & dona-
tis:filius agere poſsi ad ſupplementũ,
vt in dicta authen.vnde ſi parens,iun-
cta l.cum quæritur,C.de inofficioſ.te
ſtam.nec his obſtant iura pro contra-
ria parte allegata,videlicet, l. Sanci-
mus,la primera,C.de adminiſtration.
tutor. quia alio caſu loquitur, videli-
cet quando debitor iuſte,& rite ſoluit
tutori, id quod debebat non debet
quod rite,& ſecundum legem factum
eſt poſtea ex alio euentu retractari.
Sed in caſu noſtro non rite, & ſecun-
dum legem facta eſt donatio cum nõ
relinquatur legitima integra filio bo-
30 norum, quæ reliquit pater tempore
mortis, non deductis donationibus
antea factis,quæ non minuunt legiti-
mam filiorum. Item pro hac parte,&
opinionem Martini facit hodie lex
Regia 29. Tauri, & quæ ibi notant
communiter omnes Scribentes in eo
quod dicit, quod ſolum in dote data
filiæ datur electio filiæ,vel genero ad
excludendum inofficioſi teſtamenti
querellam, quod poſsit eligere valo-
rem bonorum patris tempore dotis
conſtitutæ,vel tempore mortis patris:
ergo ſi in dote,hoc eſt,ſpeciale fauo-
re dotis,in alijs donationibus contra-
rium eſt, imo quod inſpiciatur valor
bonorum tempore mortis patris, & ita
tenent ibi communiter omnes Scri-
bentes, ex quo ſequitur, quod in iſta
donatione à patre facta, de qua loqui
tur gloſſ. in dicta l. 1. de inoffic.dona-
ti.ſolum debet inſpici valor bonorũ,
quæ reliquit pater tempore mortis, &
bonorum,quæ pater habebat ante do
nationem factam, vt ex his omnibus

filius habeat legitimam ad excludendum inofficioſi teſtamẽti querellam, & non ſufficit, quod filius habeat legitimam integram bonorum, quæ habebat pater tempore donationis, nam regulariter lex requirit, quod inſpiciatur valor bonorum patris, quæ habebat tempore mortis, non tempore donationis factæ, vt in dicta l. cum quæritur, iuncta authent. vnde etſi parens, C. de inofficioſ. teſtament. nec poteſt dici, quod legitime facta fuit donatio in vita patris facta, quia non excedit dodrantem, quia ad excludendã querellam inofficioſi teſtament. non inſpicitur valor bonorum tempore donationis factæ, ſed eſt impendenti vſque ad tempus mortis patris, & tunc inſpicitur, an filius habeat legitimã integram ex bonis donatis, & relictis, vt in dicta authent. vnde etſi parens, iuncta l. cum quæritur, C. de inofficioſ. teſtament. nec poteſt dici, quod pater legitime fecit prædictam donationẽ, cum non excedat quintum, quia cogitare debuit, quod bona, quæ tunc habebat tempore donationis conſumi potuerunt, vel caſu, vel in vſibus ſuis neceſſarijs ad alendum ſe, & familiã ſuam, maxime ſi longam vitam habere potuit, & ſic ceſſat ratio, & argumẽtum Doctorum, & gloſſ. ſi illud ſenſit in dict. l. 1. C. de inoffici. donatio. quod non puto hoc ſenſiſſe, (vt ſupra diximus) & idem tenet Molina in capit. 2. libro 4. de Hiſpan. primoge. vbi in ſimili quæſtione idem ſentit & decidit, & ſic reſolutiue teneo, *que en eſte caſo quando el padre, ò madre hizo donacion del quinto de ſus bienes à vn eſtrañ o, ò à ſu hijo, ò de vna coſa que valia el quinto de los bienes que entonces tenia, ſi deſpues gaſtò, ò conſumio en ſus neceſsidades lo que le quedaua, ò parte dello, de manera que no les quedò à los otros hijos enteramente ſu legitima, podran pedir que el donatario de los bienes de la donacion del quinto, les hincha y pague ſu legitima, ò lo que les faltare della, auido reſpecto al valor de los bienes del padre antes que hizieſſe la donacion al eſtrañ o, ò à vno de ſus hijos,* quod æquiſsimum & iuri conſonum mihi videtur, vnum tamen eſt aduertendum, quod donatarius qui rẽ 1 donatam accepit à parente vel extraneo, cũ valuerit à principio, quia quintam partem bonorum patris non excedebat ſi eam rem diſtraxerit minoris quam valeat, vel caſu amiſſerit non tenebitur vltra quam factus ſit locupletior ex ea, vt in l. cum autem, verſic. in hoc tamen, ff. quæ in fraud. credi. qui eſt tex. multum notabilis in propoſito, vnde ſi donatarius qui rem accepit à parente, vel extraneo, vſque ad quintum bonorum eius rem donatam vendidit, minoris forte quam valebat, vel ſi iuſto precio vendiderit eam, nunc tamen cum cæteri filij veniunt ad impugnandam donationem quintæ partis bonorum quam pater fecit extraneo, vel vni ex filijs, quia pater bona quæ habebat tempore donationis cõſumpſit, vel caſu amiſsit, multo plus valet, ita quod donatarius teneatur emptori de euictione ſi ab emptore res petatur vtili rei vendicatione, propoſita prius quærella inofficioſæ donationis, (vt ſupra diximus,) non tenebitur donatarius qui dictam rem titulo donationis accepit niſi ad precium quod recepit pro ipſa re vendita in quantũ factus eſt locupletior, & non vltra, vt ex eo ſuppleatur legitima filiorum, cũ bona fide, & iuſte acceperit rem donatam, quæ non excedebat quintum bonorum eius qui donationem fecit, nec cæteri filij poterunt ipſam rem ab emptore petere, aut vendicare, quæ nunc multo plus valet cum emptor regreſſum habeat contra donatarium, qui eã vendidit ne in damno remaneat donatarius, qui fuit bonę fidei poſſeſſor qui actenus tenebatur quatenus factus eſt locupletior, & non vltra, text. eſt notabilis ex quo ſumitur prædicta concluſio in l. ſed etſi lege, §. 1. & §. item ſi rẽ diſtraxit, ff. de peti. hæred. vbi in ſimili q. hoc ſtatuitur iuncta dicta l. cũ autem, ff. quæ in frau. credi.

QVAESTIO. XXXV.

31 VLTERIVS quæritur. *Si el padre, ò madre durante el tiẽpo de ſu vida hizieron algunas donaciones por menudo en poca quantidad.* Exempli gratia, *las Paſcuas, y fieſtas ſolemnes dieron à ſus criados que les auian ſeruido, y auian cobrado ſu ſeruicio, ò à ſus parientes pobres algunos dineros, ò trigo en poca quantidad, como lo ſuelen hazer los hombres nobles, y ricos con ſus criados que les han ſeruido, y con ſus parientes pobres, y otras perſonas ſemejantes, que juntandolo todo, lo que dieron en ſu vida deſta manera, ò Miſſas que hazian dezir en cada vn año por ſus difuntos, ò por deſcargo de ſus conciẽcias, viene à ſer gran quantidad: ſi ſaldra eſto del quinto, de tal manera, que el padre, ò madre no podrã diſponer por ſu anima, ò entre eſtraños, de todo el quinto de los bienes preſentes que dexan al tiẽpo de ſu muerte, ſino ſolamente del remanente del quinto, ſacando primero aquellas donaciones que hizieron minuatim en ſu vida, como eſtà dicho.* Qua in re Roderic. Xuar. in l. quoniam in prioribus, quæſtione 9, fina. colum. verſic. vbi autem pater inter viuos non donaſſet, C. de inofficio. teſtament. tenet, quod ſi pater feciſſet in vita aliquas donationes modicas de his non fiat conſideratio, nec deducantur de quinto, imo quod pater poſsit de tota quinta parte bonorum diſponere, ſed Tellus Fernand. in l. 30. Tauri, nume. 4. contrarium tenet allegans, & expreſſe improbans prædictam opinionem Roderic. Xuar. ait enim non intereſſe filiorum an grauentur donationibus à patre minutatim factis in legitima ſua, vel vna ſola
32 donatione, quæ excedat quintum, mihi autem videtur ſic poſſe concordari prædictas opiniones, *que la opinion de Rodrigo Xuarez proceda, y aya lugar quando el padre hizo las donaciones en tan poca quantidad, y à perſonas tan pobres, y benemeritas que no pueden paſſar honeſtamente, ſegun la qualidad de ſu perſona, ſin darles aquello que les dio por menudo en cada vn año.* Quia talis donatio non eſt propriè liberalitas, ſed neceſsitas, vt habetur in l. cum plures, §. fin. ff. de adminiſtrat. tutor. vbi notant Doctores, & expreſſe hoc tenet Bart. quem cæteri ſequuntur in l. contra ius, §. ſi filius, ff. de pactis, vbi concludit, quod in iſtis caſibus non eſt mera donatio, quia ad donandum cogebatur ſecundum mores ciuitatis, & ideò quodammodo cogitur donare, vt pareat pudori ſuo, & pro hoc bene facit text. notabilis in l. quintus, ff. mandati: *pero ſi las dichas donaciones no fueron muy menudas, ni muy neceſſarias, ſino que honeſtamente pudiera paſſar el padre y madre ſin darlas, porque ſu hazienda, ni qualidad no le obligauan à ello: en tal caſo proceda la opinion de Tello Fernandez: y que ſe le deſquente al padre del quinto, y ſe ſaquen del,* quod veriſsimũ, & iuri conſonum mihi videtur.

QVAESTIO. XXXVI.

33 ITEM quæritur. *Si el padre, ò la madre caſaron alguna hija comun cõſtante el matrimonio muerto el padre, ò la madre, ſi la hija ſerà obligada à traer à colacion, y particion toda la dote que recibio viniendo à heredar à ſolo el padre, ò ſola la madre que murio primero.* Reſpondeo, *que viniendo à heredar al padre, traerà à colacion, y particion la mitad de la dote, y la otra mitad quando viniere à heredar à la madre, ſi la dote fue de bienes mejorados durante el matrimonio entre ſu padre, y madre, porque ſiempre ſe entiende ſer dotada de los bienes mejorados durante el matrimonio, y de aquellos ſon obligados el padre, y la madre*
34 *à pagar la dote auiendo bienes mejorados, ò haſta en la quantidad que los ouiere,* vt in l. 53. de Toro, quæ hoc ita diſponit, *en lo qual ſe ha de aduertir, que no ſe diran bienes mejorados ſi el padre, ò la madre compraron alguna heredad, ò caſa durante el matrimonio, ſino que ſe ha de ver por el inuentario, y aprecios del quanto ſu*

man todos los bienes, y herencia que quedaron al tiempo de la muerte del padre, ò madre, y de aquellos ſacadas las deudas, y la dote, y bienes capitales que cada vno dellos truxeron al matrimonio, todo lo demas ſe dizen bienes multiplicados, ò mejorados, y no la heredad, ò caſa que ſe comprò durante el matrimonio, y la dieron en dote à ſu hija, porque eſta ſe puede auer comprado con el capital de vno dellos, porque no ſe entiende ſer bienes mejorados haſta que ſea ſaneado y ſacado el capital del marido, y de la muger que truxeron al matrimonio. Non enim dicuntur lucra, niſi deducto ære alieno, & capitali vtriuſque ſocij, vt in l. Mutius, & l. coiri, & l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſocio, tradit late gloſſ. in l. 1. titul. 3, lib. 3. fori: *Pero ſino ouieſſe bienes mejorados en el matrimonio, en la manera que eſtà dicho, en tal caſo ſi el marido, y la muger juntamente prometieron la dote, ha ſe de pagar de los bienes de ambos, y ſino de los bienes de ſolo el marido,* vt in d. l. 53. Tauri: *y aſsi, ſi entrambos marido y muger la prometieron como dote que procedio de la hazienda, y capital de ambos, traerà la hija à colacion, y particion la mitad della con cada vno dellos que viniere à heredar: y ſino la prometio, ni ſe obligò la madre: en tal caſo, no auiendo bienes mejorados en el matrimonio, ò haſta la quantidad que faltare para henchir la dote ſi à caſo no auia tantos que baſtaſſen, ſera obligada la hija à traer à colacion toda la dote quando viniere à heredar al padre, ò la mitad della, haſta donde alcançaren los bienes mejorados: y lo reſtante que no alcançaren los bienes mejorados, traerà à colacion de ſola la herencia del padre, y no de la madre.* Hæc practica ſeruatur, & ſumitur ex dict. l. 53. de Toro, vbi notant, & tenent omnes Scribentes.

QVAESTIO. XXXVII.

36 ITEM quæritur. *Si el padre, ò madre en ſu teſtamento declararon que deuian alguna quantidad de marauedis, à alguna perſona, y mandaron que ſus herederos ſe lo pagaſſen, y no conſtaſſe de la deuda, ni ſe pudieſſe prouar, ſi ſe ſacarà eſta deuda del quinto en que fue mejorado vno de los hijos, ò ſe ſacarà del cuerpo de todos los bienes?* & videtur dicendũ, quod de omnibus bonis hæreditatis deducendum ſit hoc legatum, tanquã æs alienum, non de quinto bonorum, in quo filius erat melioratus, quia non eſt proprie legatum, ſed ſolutio debiti, vt eſt caſus expreſſus in l. 1. §. ſi quis creditori, ff. ad legem Falcid. maxime ſi pater iurauit eſſe debitum, quod creditori ſuo legauit in teſtamento, vt in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de legat. 3. vbi notat Bart. & cæteri Scribentes. Reſpondeo, *que ſin embargo deſto ſe deue tener lo contrario*, imo, *ſino pareciesse, ni conſtaſſe que ſe deuian los dichos marauedis cõtenidos en la dicha manda y legado que valdra por manda gracioſa, y no por deuda, y ſe ſacarà del quinto, y no del cuerpo de bienes que han de heredar los otros hijos.* Quia ſi non conſtat de debito valet tanquam legatum, vt in l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1. & l. 1. & 2. C. de falſa cauſa, adiecta lega. quia alias aperietur via multis fraudibus, & ſic poſſet pater fraudare filium in legitima confitendo ſe recepiſſe, vel debere, quod non debet, vel non recepit, hoc probatur ex l. qui teſtamentum faciebat, ff. de probatio. & tenet expreſſe Bart. quem cæteri ſequũtur Doctores in dict. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. nec obſtãt text. in dict. l. 1. §. ſi quis creditori, ff. ad l. Falcid. nam ibi loquitur de teſtatore, qui libere poterat de bonis ſuis diſponere. Sed in patre qui ſolum de quinto diſponere poteſt in præiudicium filiorum non loquitur ille textus. Sed ſeruanda eſt opinio Bart. in d. l. cum quis decedens, §. Titia, de lega. 3. etiamſi pater iurauerit debitum, vt declarat ibi Bart. rationibus ibi per eũ adductis.

QVAESTIO. XXXVIII.

37 ITEM quæritur. *Si el marido en ſu teſtamento mandò que ſus herederos reſtituyeſſen à ſu muger los bienes dotales que ella truxo con el al matrimonio, entre los quales auia algunos bienes rayzes ſin aprecio, en los quales auia gaſtado alguna cantidad de marauedis en plantar ò edificar en ellos en vtilidad y prouecho de los dichos bienes, ſi podran los herederos del marido pedir que ſe les pague primero lo que gaſtò el marido en mejorar los dichos bienes, y retenerlos haſta que ſe les pague, ò ſeran obligados à reſtituyrlos ſin que ſe les paguen los dichos gaſtos?* Reſpondeo, *ſi el marido mandò boluer y reſtituyr à ſu muger la dote que truxo à ſu poder quando ſe caſò, en tal caſo podran los herederos cobrar los gaſtos y expenſas que el marido hizo en plantar, ò mejorar los bienes dotales, porque es viſto no mandarle mas de la dote que era obligado à reſtituyrle, pero ſi el mandò reſtituyr todos los bienes dotales que à ſu poder truxo, entonces no podran pedir los herederos los gaſtos y expenſas que en ellos auia hecho el marido, porque es viſto el marido madarle todos los bienes libres ſin los dichos gaſtos.* Textus eſt notabilis, quem ita ibi declarat ibi gloſ. in verbo, dotem, & Bart. & Paul. in lege meuio, §. fin. ff. de leg. 2. quæ diſtinctio eſt multum notanda, quia contingere quotidie poteſt, licet textus ille non facit differentiam aliquam in modo legandi, ſed ſolum in eo, an ſit maritus qui legauit vel alius, qui non tenebatur dotem reſtituere, nam in marito ſemper habebit locum deductio expēſarum, ideò non eſt ſine dubio opinio Bart. & aliorum qui illum textum intelligunt, etiam in marito, qui vxori legauit quidquid ad eum nomine dotis peruenit, licet non ſit ab ea recedendum, quia omnes Doctores eam tenent, vt teſtatur ibi Alber. & Ioannes de Imola.

QVAESTIO XXXIX.

38 VLterius quæritur de alia notabili quæſtione, quæ contingit in villa de Lucena, *que es del Obiſpado de Cordoua*, vbi lex fori non ſeruatur, nec diuiduntur lucra facta coſtante matrimonio inter virum & vxorem, vt ſupradiximus in principio huius tractatus, ſed omnia lucra pertinent ad maritum, quæ talis eſt. *Murio la muger ſin dexar hijos ni decendientes, y dexò en ſu teſtamento por ſu heredera à ſu madre, y mandole el tercio de ſus bienes à ſu marido, el qual auia recebido en dote y caſamiento con ella muchos bienes muebles y rayzes ſin aprecio, durò el matrimonio quatro meſes, y no mas, porque ſe caſò à principio de Enero, y murio la muger en fin de Abril, ò à los primeros de Mayo,* (vt apparuit ex actis,) *Es agora la duda, como ſe partiran los frutos deſtos bienes rayzes que eran viñas y oliuares, y los frutos eſtauan parecidos y crecidos?* Reſpondeo, *que en eſte caſo no ſe ha de tener cōſideracion à lo que diſpone la ley del fuero, que manda partir los frutos entre el marido y la muger y ſus herederos quando murio el vno dellos eſtando los frutos parecidos en las heredades, porque como eſtà dicho, eſtas leyes del fuero han lugar donde ſon vſadas y guardadas, y la muger ha de lleuar parte de las ganancias hechas durante el matrimonio, las quales no ſe vſan ni guardā en el Obiſpado de Cordoua. Eſto preſupueſto digo, que los frutos ſe partiran* pro rata temporis, *ſegun la diſtincion,* l. diuortio. ff. ſoluto. matrimo. *y el marido lleuara* iure mariti, *el tercio de los frutos del dicho año por los quatro meſes que durò el matrimonio: pero de las otras dos tercias partes que pertenecieron à los herederos de la muger, es la duda, ſi lleuara la tercia parte de las dos tercias partes, por razon del legado q̃ le fue hecho por la muger que le mandò el tercio de todos ſus bienes,* & videtur dicēdum, *que pues le pertenece el tercio de todos los bienes de la muger al marido, anſi muebles como rayzes, que por la miſma razon*

razon le pertenece tambien el tercio de todos los frutos de los dichos bienes que le quedaron à la muger por bienes ſuyos, ſacado el tercio que lleuò el marido por la rata del tiempo que duro el matrimonio, y el ſeñorio de los bienes dotales, como eſtà dicho. Contrarium tamen in hac ſpecie tenendum eſſe exiſtimo. Sino que el marido no lleuarà parte alguna por razon del dicho legado de las dos tercias partes de los frutos de las dichas heredades que le quedaron à la muger ſacado el tercio que ha de lleuar el marido de la rata que durò el matrimonio, ſequentibus rationibus,

¶ Lo primero, porque en el legado del tercio, ò quinto de los bienes, non veniũt fructus, niſi a tempore moræ, non à tempore mortis teſtatoris, ſicut in cæteris legatis, vt eſt text. expreſſus, quẽ ad hoc notat ibi Bart. & cæteri Scribẽtes in l. ſi quis bonorum, ff. de legat. 1. cuius ratio eſt, quia in legato tertiæ partis bonorum non habet legatarius tertiam partem in qualibet re hæreditaria, nec tranſit dominium eius in legatarium, nam poteſt hæres ſoluere legatum in æſtimatione non in ipſis rebus hæreditatis, ita declarat Bartol. in dict. l. ſi quis bonorum, ff. de legat. 1. & probat text. notabilis, in l. nõ amplius, §. cum bonorum parte, ff. eodem titul. Y aſsi no puede lleuar frutos el legatario del tercio de los bienes, pues ſe lo puede pagar el heredero en la eſtimacion, ò en algunos bienes de la herẽcia eſtimados, quales pareciere al juez, cuius arbitrio relinquitur: por lo qual no podra lleuar el tercio de los dichos frutos, pues no fue el ſeñor del tercio de los dichos bienes, ni ſe ſabe en que parte ſe la darà y pagarà el dicho tercio. Nec obſtat ſi dicatur, quod in hoc caſu non debentur fructus tanquam fructus rei legatæ, ſed tanquam pars ipſius tertij legati. Porque al tiempo que murio la muger, que fue en fin de Abril, ò à principio de Mayo, no eſtauan los frutos maduros para poderſe coger, ni los herederos de la muger ſon obligados à tener los dichos frutos en ſus tierras, y arboles, y criarlos, para que el marido lleue la tercia parte dellos, por razon del dicho legado que hizo la muger, haſta que maduren, maxime, que no ſe contiene en el dicho legado la tercia parte de las dichas tierras, y heredades, ni de los dichos frutos, ante moram, ſed eſt in æſtimatione iudicis in quibus rebus ſoluatur (vt ſupra diximus) y aſsi ſe concluye, que no lleuarà el marido la tercia parte deſtas dos tercias partes de frutos que han de quedar para el heredero de la muger, ſacado el tercio que pertenece al marido de la rata del tiempo que durò el matrimonio: pero ha ſe de aduertir que en eſte caſo, aora quiera el heredero pagar eſte legado en la eſtimacion, ò en vna eſpecie, ò dos de la herencia que vala el tercio, ſiẽpre ſe ha de tener conſideracion à lo que valen mas eſtas viñas, ò oliuares, ò bienes rayzes que quedaron quãdo murio la muger por razon deſtas dos tercias partes de frutos, como entonces eſtauan inmaturos que le quedan por bienes de la muger ſacado el tercio que ha de lleuar el marido (como eſtà dicho) y deſte valor y eſtimacion de las dichas heredades con las dos tercias partes de frutos como entonces eſtauan que le quedan à los herederos de la muger lleuarà el tercio el marido. Hæc practica ſumitur ex l. in lege Falcidia, placuit, ff. ad legem Falcid. quod eſt bene notandum, quia pauci ad hoc aduertunt, & confert ad alia multa.

QVAESTIO. XL.

40 QVADRAGESIMO quæritur. Si muerta la madre el padre caſaſſe y dotaſſe vna hija comun que huuo de aquel matrimonio en que huuo bienes mejorados, y al tiẽpo que le prometio la dote, no dixo que le daua parte della à quenta de los bienes y legitima de la madre. Si ſerà obligada la hija à recebir la mitad deſta dote que le prometio, y dio ſu padre à quenta de la herencia, y legitima de ſu madre, ò ſolamente à quenta de la legitima de ſu padre, y podra deſpues de velada, como emãcipada, pedir los bienes, y herencia de ſu madre?

& vide

& videtur dicendum, quod pater teneatur de bonis ſuis dotem qua promiſsit ſoluere, non de bonis maternis, cum ipſe hoc non expreſſerit in promiſsione dotis, ſed ipſe ſolum ſe obligauerit, & promiſſerit prædictam dotem ſimpliciter, quo caſu de bonis ſuis dediſſe intelligendum eſt, vt in l. fin. vbi hoc notant Doctores, C. de dot. promiſſ. nec his obſtat lex 53. de Toro, quæ corrigit prædictam legem codicis, & ſtatuit, quod prædicta dos, etiamſi à ſolo patre promiſſa fuerit, ſoluatur de bonis communibus acquiſitis conſtante matrimonio (ſi talia bona acquiſita fuerint) nam illa lex loquitur quando filia fuit dotata conſtante matrimonio, tunc enim quaſi negotiũ communẽ patris, & matris qui dotare filiam tenebantur geſtum fuerit, ſoluetur dos à patre promiſſa de bonis cõmunibus quæſitis durante matrimonio, etiamſi pater ſolus promiſſerit, quia videtur communi nomine ſuo, & vxoris promiſiſſe, ſed quando vxore defuncta maritus ſolus promiſsit dotem, ceſſat prædicta ratio, & diſpoſitio legis Tauri, cum iam ſit ſoluta ſocietas ſoluto matrimonio, & prædicta lex expreſſe loquatur, quãdo dos promiſſa fuit à marito conſtante matrimonio, cum ergo prædicta lex Regia corrigat legem codicis ſolum in illo caſu, quando dos promiſſa fuit à patre conſtante matrimonio, vt non teneatur ipſe ſolus de bonis ſuis ſoluere, ſed de bonis acquiſitis conſtante matrimonio non rectè poſſumus dictam legẽ extendere ad caſum, quãdo dos promiſſa eſt à patre ſoluto iam matrimonio cum ſit correctoria iuris communis, & non ſit eadem ratio in vno caſu quam in alio, vt in l. præcipimus, C. de appellatio. & in l. illud, ff. ad legem Aquil. & l. à Titio, ff. de verbor. obligat. cum concordant. & in expreſſo iſtam concluſionem tenet Didacus del Caſtillo in dicta l. Tauri in 10. colum. verſic. ſecus dicedum erit, quẽ refert & ſequitur Anton. Gom. in eadem l. 53. Tauri, num. 24. & hoc de rigore iuris verius eſſe puto, licet D. Couarru. in cap. 19. lib. 3, variar. reſolut. contra. teneat, dicitque contrariã ſententiam in practica receptam eſſe rationibus per eum adductis à qua nõ puto eſſe recedendum. *Y anſi ſe deue tener, q̃ la dote dada à la hija, ò la donacion propter nuptias dada al hijo por el padre ſuelto el matrimonio, auiendo bienes mejora os en el matrimonio de que poder ſe dar haſta en aquella quantidad, ò haſta do llegare, ſe entendera que la da el padre de los bienes mejorados durante el matrimonio de los bienes comunes del, y de ſu muger defunta, y no de ſus proprios bienes del padre, y por eſta miſma razõ trae ra à colacion eſta hija la mitad de la dote en la parte de la herencia de la madre, y la otra mitad quando viniere à heredar à ſu padre.*

42 ¶ Sed hic inſurgit dubium, *ſi el marido, y la muger dieron en dote à ſu hija, ò en donacion propter nuptias à ſu hijo alguna coſa que era propia del vno dellos, ò porque la truxo al matrimonio quando ſe caſaron, ò la heredò de ſus padres, ò parientes durante el matrimonio, ſi ſe entenderà auiendo bienes gananciales en el matrimonio, que eſta dote, ò donacion propter nuptias ha de ſer de por medio de los bienes multiplicados durante el matrimonio, o ſolamente de aquel que dio la dote, ò donaciõ de ſus propios bienes.* Quo caſu videtur dicendũ, quod talia bona in dotem data, vel in donationẽ propter nuptias ſint, & data cenſeantur ex bonis communibus acquiſitis inter virum, & vxorem: res tamen propria mariti, vel vxoris non poteſt videri data ex bonis communibus acquiſitis conſtante matrimonio, cum verum non ſit, ſed neceſſario dicere debeamus, quod talis res data ſit ex bonis mariti ſi ſua ſit, vel vxoris ſi eius erat alioquin ſequeretur, quod ſi maritus, vel vxor velit dotare filiam ex aliquibus bonis proprijs vltra bona communia, quæ vterque tam maritus, quàm vxor dederint in dotem filiæ ex bonis

conſtante

conſtante matrimonio quæſitis non poſſint hoc facere quod eſſet falſum, nam bene licet marito vel vxori renũtiare beneficio illius legis & alterius quæ pro eis inſtitutſuntæ, vt in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis cũ concor. & dotem dare filiæ de ſuis proprijs bonis, quod facere videtur eo ipſo quod rem propriam dedit in dotem, & ſic videturquod lex 53. Tauri procedat & locum habeat cum dos promiſſa eſt in pecunia vel quantitate vel in rebus acquiſitis conſtãte matrimonio inter virum & vxorem, non autem quando datur res propria alterius coniugis, de conſenſu eius, argumen. tex. in l. talis ſcriptura prope fin. ff. de lega. 1. & l. Nenſenius, §. 1. ff. de re iudic.

43 ¶ Sed his non obſtantibus contrarium verius eſſe exiſtimo imo, quod prædicta lex 53. Tau. procedat in diſtincte ſiue dos data ſit ex bonis communibus durante matrimonio, ſiue ex rebus proprijs mariti vel vxoris ſemper cenſeatur dos data vel promiſſa ex bonis communibus quæſitis cõſtante matrimonio niſi aperte conſtaret quod ille cuius erat dicta res indotem datá voluit ex ſuis bonis dotem in illa re conſtituere, tunc enim ex ſuo dotaſſe videbitur, in re enim ſua quilibet eſt moderator & arbiter, ſed in dubio lex illa regia ſeruanda erit quæ indiſtincte loquitur quod dos data vel promiſſa per maritum quãdo ſunt bona quæſita durante matrimonio ſoluatur de illis bonis quæſitãs matrimonio conſtante, & ſic colligitur ex illa lege in quantum dicit, quod dos promiſſa per maritum ſoluatur de bonis communibus acquiſitis cõſtãte matrimonio, nec intereſt quod res mariti vel vxoris promiſſa vel data ſit in dotem quia ſolutio fieri debet ex bonis communibus. *Y anſi ſe ha de tener que el marido ò la muger cuya era la coſa que fue dada ò prometida en dote ſacarà el valor della del monton de los bienes multiplicados, y anſi en efecto ſera la dote de los bienes ganados durante el matrimonio aunque fueſſe la coſa que ſe dio propria del vno.* Quod euidentiſsima ratione procedit cũ enim obligatio dotandi filiam communem ſit communis patris, & matris, quando habeant bona quæſita conſtante matrimonio, vt colligitur ex prædicta lege Tauri vbi hoc notant Doctores, & D. Couarru. in capitul. 19. libr. 3. variar. reſol. prope finem merito actionem ex illa l. aut actionem pro ſocio vel negotiorum geſtorum habet alter eorũ qui dotem ex bonis ſuis dedit vt conſequatur partem à marito vel vxore ſicut ſocius conſequitur à ſocio, quod in rem communem impendit, vt in l. pro ſocio, §. ſi tecum, & l. ſi fratres, §. idem reſpondit el ſegundo, verſicul. item ſi in communem, ff. pro ſocio.

QVAESTIO. XLI.

QVADRAGESIMO primo quęritur. *Si el padre ò la madre mejoraron à vn hijo* 44 *comun de entrambos en el tercio de ſus bienes y ſe lo dio y ſeñalò el vno dellos en vna caſa ò heredad que fue ganada durante el matrimonio, ſi valdra la mejora en todo ò en la mitad que era del padre ò de la madre que hizo la mejora.* Hæc quæſtio pendet ex alia quæ non parum diſceptata eſt inter Doctores noſtros huius regni, an dominium rerũ quæ conſtante matrimonio acquiruntur inter maritum & vxorem ſit penes vxorem, pro dimidia parte quæ ad ipſam vxorem pertineat, an dominiũ totius rei ſit penes maritum qui ipſam parauit, teneatur tamen rem ipſam rem comcommunicare & dimidiam vxori tradere, in qua quidem quæſtione magis communiter Doctores noſtri tenent, quod ſtatim re comparata vel acquiſita per maritum tranſeat dominium in vxo-

in vxorem pro parte ſua, licet poſtea poſsit eam maritus ſolus ſine licentia vxoris ſine fraude alienare, vt reſoluit Pala.Rub.in l.16. Tauri númer.9. Segura in tractatu de bonis conſtante matrimonio acquiſitis col. 21. idem reſoluiluit & firmat D. Couarr. in capitul.19. lib.3. varia. reſo. numer.2. licet Tellus Fernan. contrarium teneat in l. 16. Tauri poſt longam diſputationem, ſed prima opinio communiter recepta eſt, quæ fundatur multis rationibus & iuribus per eos adductis. Hoc præſuppoſito ſi vera eſt opinio Tell. Fernan. & aliorum quos ipſe refert in allegata l.16. de Toro, quæ hæc eſt quam ſupradiximus, nullum habet dubiũ, planum enim eſt & ſine dubio quod pater poteſt meliorationem tertij, quam facit vni ex liberis ſuis aſsignare in quacunque re voluerit ex hæreditate ſua, vt in l.19. Tauri quæ hoc expreſſe diſponit, ſed ſi vera eſt contraria opinio quæ magis communiter recepta eſt quod dominium rei quæſitæ durante matrimonio inter maritum & vxorem ſtatim quæratur vxori pro parte dimidiam quæ eam tangit, dubium eſt non leue, an valuerit melioratio tertij facta filio pro parte dimidia quam vxor habet in dicta re, quæ conſtante matrimonio acquiſita eſt cum ſit res aliena & non patris, qui nam aſsignauit filio pro melioratione tertij (pendet enim hæc
46 quæſtio ex alia grauiore) videlicet, an maritus poſsit titulo donationis res quas conſtante matrimonio acquiſiuit alienare, in quo Doctores huius regni qui ſuper hoc ſcripſerunt varie locuti ſunt quidam enim ex eis tenent, quod maritus poſsit rem communem conſtante matrimonio quæſitam alienare, titulo donationis, vel quouis alio titulo, dum tamen nõ faciat animo fraudandi vxorẽ in parte ſua, hoc ſenſit Xuarez in l. fori tit. *de las ganancias*, 8. limitatione verſicul. quæro vlterius de quotidiana, quæſtion. & expreſsius Anton. Gom. qui hoc conſtanter aſſerit in l.19. Tauri, numer.73. verſi. pulchrum tamen dubium eſt, vbi allegat plura quæ ſuę opinioni ſuffragantur, inter quæ eſt lex regia ordinamenti titul.4. libr. 5. l.4. quę expreſſe permittit marito bona conſtante matrimonio acquiſita alienare, dum tamen hoc fiat ſine fraude & damno vxoris, quæ lex loquitur ſine diſtinctione aliqua, an alienatio fiat titulo donationis vel alio ſed generaliter loquitur, de qualibet alienatione quod verbum etiam donationẽ cõprehendit, vt in l. fin. C. de reb. alienis nõ alienãd. & in authẽ. de non aliena. §. alienationes col.2. quod potiſſimũ fundamẽtũ eſt Ant. Go. cui difficile eſt reſpõdere cũ ſit lex regia quę ſeruãda eſt prout iacet vel ſcripta eſt ſine diſtinctione alia, vt in l. de pretio, ff. de publici. in rẽ actio. & l. proſpexit, ff. qui & à quibus manu. libe. non fin. & l. quos prohibet, ff. de poſthu. Contrariam ſententiam tenent Pala. Rub. in rub. de dona. inter virum & vxo. §.66. num.29. Imo quod maritus non poſſit res acquiſitas conſtante matrimonio titulo donationis alienare propar te vxoris ſine conſenſu eius, hoc idẽ fundat, & expreſſe tenet reprobans audacter opinionem Anton. Gom. Tell. Fer. in l.19. Tauri num. 3. & 4. verſic. hæc ſunt verba noſtri Gometij, vbi in multis eum mordere conatur ſed ſine ratione iudicio meo leuibuſque, fundamentis quibus ipſe Gom. reſpondet Tell. vero non ſufficienter Gometij & aliorum opinionem impugnat, quorum opinio verior mihi eſſe videtur in puncto iuris, attenta diſpoſitione dictæ legis ordinamen. quę generaliter loquitur & permittit marito alienationem rerum quæ conſtante matrimonio acquiſitæ ſunt dummodo fiat ſine fraude idcirco mihi videtur (ſalua correctione cuiuſquã meli' ſentientis) quod prædictæ opiniones poſſunt cõciliari, & ad concordiam reduci eo modo qui infra ſequitur.

¶ Et

¶ Et primo eſt præmittendum
quod de iure communi ſocius non
47 poteſt alienare plus parte ſua ſi-
ne voluntate ſocij, etiamſi omnium
bonorum ſocij ſint non ſolum titulo
donationis, ſed nec titulo venditio-
nis, nec alio oneroſo quouis titulo, ni
ſi in rebus cõmunibus quas habent ex-
poſitas ad vendendum, nam in illis vi
dentur inter ſe habere tacitum man-
datum ad vendendum, vt in l. nemo
ex ſocijs, & ibi gloſſ. & Bald. ff. pro ſo-
cio, idem Bal. poſt gloſ. & Salice. &
Paul. in l. familiæ, C. famil. her. vbi cõ-
muniter omnes Scribentes id notant,
& in l. ſi vnus ex ſocijs, ff. eo. tit. & in l.
ſi ſocius, ff. ſi certum petatur de iure,
autem regio huius regni in acquiſitis
inter virum & vxorem, licet non ſint
ſocij omnium bonorum permittitur
marito alienatio dictarum rerum quo
cunque titulo, dummodo non faciat
in fraudem vxoris, vt in allegata lege
4 tit. 4. lib. 5. ordi. & ſic poterit mari-
tus donare cauſa dotis, vel donationis
propter nuptias, filiæ ſuæ ex alio ma-
trimonio natæ, vel conſanguineo ſuo
vel extraneo: ex aliqua iuſta cauſa, vel
ſine cauſa dummodo nõ in necẽ vxo-
ris, vel ſubſtantiæ eius hoc fiat quod
procedet quoad effectum, vt donata-
rius dominiũ acquirat rei donatæ, &
ab eo vendicari, vel auelli non poſsit
pro parte vxoris, non tamen ad hoc vt
mulier fraudetur parte ſua, nam ſolu-
to matrimonio poterit tantundẽ, vel
valorem prædictæ rei donatę emedio
ſumere ex bonis conſtante matrimo-
nio acquiſitis, & hoc modo conſule-
tur ei ex l. incerti iuris, C. famil. her-
ciſc. & l. in familiæ in fi. eod. tit. vbi no
tant DD. & in l. item quamuis, in prin.
ff. communi diuidun. & in l. inter co-
hæredes, §. ſi cohæredes, in fin. ff. fa-
mil. herciſ. Item hoc modo vxor non
grauatur in parte ſua, & ceſſat incon-
ueniens propoſitum à Tell. Fern. in
dicta l. 19. Tauri, qui propter hoc di-
cebat non poſſe ſubſtinere opinio-
nem Gom. quia de nihilo ſeruiret
vxori lucrum factum durante matri-
